This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600099594%

Theodor Beza

nach

handschriftlichen und anderen gleichzeitigen Quellen

dargestellt

von

Johann Wilhelm Baum,

Professor und Prediger an der Thomaskirche in Strasburg.

Anhang zum zweiten Theil.

Die Beilagen enthaltend.

Leipzig,
Weidmann'sche Buchhandlung.
1852.

110. c. 246.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Inhalt.

Aus dem Jahre 1559.

Seite

Beza Bullingero. 1
Beza ad Bullingerum. 4

Aus dem Jahre 1560.

Beza Bullingero. 9
Beza Bullingero. 12
Calvinus Bezae in Galliam. 15

Aus dem Jahre 1561.

Beza ad Bullingerum. 17
Beza Ambrosio Blaurero. 23
Beza Hallero. 25
Calvin aux frères de Paris. 26
Beza Rudolpho Gualthero. 28
Beza Joanni Wolphio. 30
Calvinus Bullingero. 31
Beza Bullingero. 33
Ecclesia Parisiensis ad Bezam. 34
Condaeus Bezae. 34
Amiralius Bezae. 35
Rex Antonius Bezae. 35
Genève à Zuric. 36
Geleitsbrief für Peter Martyr. 36
La Rivière au nom de l'Eglise de Paris à de Beze. 37
Antoine aux Seigneurs de Genève. 39
Calvinus Martyri. 40
Bedenken des Rathes zu Zürich über Martyrs Reise nach Frankreich. 41
Martyrs Bedenken an die Kirchendiener zu Zürich zu Gunsten seiner Reise nach Frankreich. 42
Beza Calvino. 44
A Monsieur d'Espeville à Villedieu (Beza Calvino). 45
Lettre de François de Morel à Calvin. 54

Seite
Passelius (Calvinus) à Monsieur de Chaloné en Cour (de Beze). 56
Martyr Senatui Turicensi. 57
A Monsieur d'Espeville à Villefranche (Beza Calvino). . . . 58
Beza ad Calvinum. 60
Martyr Senatui Turicensi. 62
Beza Calvino. 63
Joh. Guil. Stuckius ad Conr. Hubertum. 65
Martyr Senatui Turicensi. 67
Calvin à l'Amiral de Coligni. 69
Calvin à Madame de Roye. 71
Joh. Haller an Bullinger. 72
Beza Calvino S. D. 74
Gallasius ad episcopum Londinensem. 80
Martyris de Sacra Coena sententia Possiaci exhibita. 84
Calvinus Bezae. 85
Beze à l'Electeur Palatin. 88
Beaulieu à Farel. 91
Beza Calvino. 93
Beza Calvino. 95
Fornelet a l'Eglise de Neufchatel. 95
Calvinus Joanni Wolphio. 100
Condé à Zurich. 101
Sorel pour l'Eglise de *Troyes* à la Classe de *Neufchatel* . . 103
Martyr Senatui Turicensi. 106
Viretus Calvino. 108
Beza Calvino. 109
L'Eglise de Troyes à la Classe de Neufchatel. 113
Königlicher Geleitsbrief für Martyr'n. 114
Catherine à Zurich. 115
Le roi Antoine à Zurich. 116
Beza Calvino. 117
Viretus Calvino. 120
Beza Calvino. 120
Carol. Joinvillaeus Rod. Gualthero. 123
Beaulieu an die Kirche zu Neuenburg. 125
Beza Calvino. 127
Calvinus Bezae. 129
Beza Genevensibus. 130
Gallasius Martyri. 131
Bèze aux freres de Lyon. 132
Beza Calvino. 133
Farellus Calvino. 137
Beze aux Seigneurs de Geneve. 138
Beza Calvino. 139
Beza Calvino. 140
L'Eglise de *Troyes* aux Pasteurs de Neufchatel. 143
L'Eglise de *Troyes* à *Neufchatel*. 144
Beza Calvino. 145
Beza Calvino. 146
Beza Calvino S. 148
Calvinus Bezae. 151
Viretus Calvino. 152
Caroli Passelii (i. e. Calvini) ad Bezam. 153

Aus dem Jahre 1562.

Seite
Beza ad Calvinum. 155
Beza ad Calvinum. 158
Beza ad Calvinum. 159
Beza ad Calvinum. 161
Calvinus Bezae. 164
Beza Calvino S. 165
Beza Bullingero. 168
Beza Calvino. 171
Beze (aux Eglises principales du Royaume). 172
Beze au Gouverneur de la Champagne. 173
Beza Calvino. 175
Beza Calvino. 177
Beza ad Turicenses et Bernates. 178
Epistre au Roy, pour l'eglise de Lion. 181
Pet. Martyr Joanni Sturmio. 185
Beza ad Calvinum. 189
Beza ad Bullingerum. 190
Beza ad Calvinum. 192
Beza ad Bullingerum. 193
Beza Calvino. 196
Bericht der katholiſchen Hauptleute der Schweizer über die Schlacht bei Dreux. Auf dem Schlachtfelde geſchrieben. 198
Hans Krieg an ſeinen Vater von der Schlacht bei Dreux. . . . 200
Beza Calvino. 202

Aus dem Jahre 1563.

Beza Calvino. 204
Hans Krieg an ſeinen Vater. 205
Beza Calvino. 206
Beza Tigurinae Ecclesiae Pastoribus et Doctoribus. 207

Beilagen zum zweiten Bande.

12. Septemb. (1559). **Beza Bullingero.** Mss. Genevens.

S. Quod ad te jam pridem nihil literarum dedi, mi pater, non ideo factum est, quod vel argumenti vel tabellariorum penuria esset, quum tam multa interea tam nova tanquam prodigiosa nobis nata sint, sed idcirco potius quod post *Henrici* mortem, [1]) de qua nihil necesse fuit facere nos certiores, mira fuit rerum omnium varietas adeo ut nihil nisi incertum et ambiguum ad nos perferretur. Nunc vero paucis accipe quis sit Gallicarum rerum status. Nam haec eadem plenius ex eo cognosces qui has tibi literas reddit. *Guisiani* fratres ita inter se Regnum sunt partiti ut regi nihil praeter inane nomen sit relictum. Nam *Cardinalis* praefectus est Thesauris et omni Jurisdictioni, alter rei militari ut re vera sit conestabilis. [2]) *Navarrus* ad quem jure ipso et more majorum hactenus inviolata pertinebat regni administratio, quamvis a plerisque Ecclesiis salutatus et rogatus ne tam praeclaram et divinitus oblatam occasionem negligeret, [3]) quamvis summo et aperto ludibrio

1) Dieſes Factum beſtimmt das Jahr des Briefes. Heinrich II. ſtarb an dem Lanzenſtoß des Mongommery, am 10. Juli 1559.

2) Dem Namen nach war es Annas von Montmorency, den die Königin aus perſönlichem Haß gerne entfernt ſah.

3) La Planche in der Hist. de l'Estat de France tant de la république que de la Religion sous le Règne de François II. Edit. 8. 1576, berichtet Folgendes über dieſen Schritt der Geiſtlichen p. 44: Les Ministres aussi des principales villes du Royaume et specialement de Paris, Orléans et Tours le vindrent trouver, lesquels il reçeut benignement et entendit leurs remonstrances tant en général qu'en particulier. Le Sommaire d'icelle estoit: que Dieu ne l'avait pas seulement delivré de la main des ennemis pour son bien et profit particulier, mais aussi l'avait miraculeusement conservé par sa providence pour maintenir et defendre la vraye et pure religion, accablée par les ennemis de verité et pour establir en France le vray et pur service de Dieu, a quoy il devoit entendre, puisque de

a *Guisianis* exceptus, tamen omnibus annuit et suo exemplo confirmavit Christi dictum: Difficile est divitem ingredi in regnum coelorum. Plane igitur regnat *Cardinalis* omnibus quidem invisus, sed quem etiam metuant omnes, adeo verum est vetus illud proverbium: Galli stolidi. Mutuo sumpserunt a *Ferrariensi Duce* [4]) quadringenta Coronatorum millia, quoniam scilicet auro ipsi non abundant. Expectant etiam copias ex Germania, et Scoticum Bellum praetexunt, sed plerique suspicantur aperte regium Diadema peti. Ex his facile tibi est conjicere quae tempestas Ecclesiis immineat, eo ipso tempore quo species aliqua libertatis affulserat. Neque enim *Cardinalis* jam contentus est minis, sed quod sub *Henrico* coeperat aperte molitur quoniam illius acuit furorem nostra patientia. Itaque non unis quibusdam jam audet minari, sed passim sese praedicat integram factionem, civitates, populos perditurum. *Philippus* altera ex parte furit ut *Henricum* dicas duntaxat lusisse. Ajunt enim apud Flandros renovatam, atque adeo re ipsa jam usurpatam legem illam Macedonicam, simodo lex est appellanda, qua cavebatur ut si quis laesae Majestatis accusaretur, non ipse modo sed etiam omnes ipsius cognati rei essent, et, illo convicto, simul damnarentur. Hoc tamen exceptum audimus, ut si forte cognati Papistae fuerint, prius strangulentur, quam comburantur. Haec ad nos cujusdam non prorsus vani hominis literis perscripta sunt de *Philippo*, quae si vera sunt vides vix ullum fidelibus locum tutum fore. Est enim deferentibus cognatis impunitas promissa. Quid idem ille *Pharao* in *Hispanos* paret, puto jam tibi satis notum esse. [5])

---

droict il avait esté appelé au gouvernement du Royaume pendant la minorité du Roy. A ceste occasion et puisqu'il apparoissoit manifestement que Dieu l'avoit choisi et esleu pour reparer les ruines de son Eglise, ils n'avoyent peu moins faire, pour le devoir de leur charge que d'aller devers sa Majesté, luy remonstrer ce grand et inestimable benefice de Dieu, afin qu'en vraye recognoissance d'iceluy, il quittast entierement l'idolatrie et faux service qui regnoit encore en sa maison, et qu'au lieu d'iceluy il establist la vraye religion et pieté, laquelle il ne devoit plus tenir cachée puisque Dieu luy avoit baillé si bon asseuré tesmoignage de son assistance, comme aussi il se devoit entierement reposer sur la providence d'iceluy pour n'estre abandonné de luy en si saincte entreprinse u. ſ. w.

4) Alfonſo von Eſte, der vor einem Jahre zur Regierung gelangt war und 1597 ſtarb.

5) Am 21. Mai 1559 hatte das erſte öffentliche Auto da fe zu Valladolid ſtatt gefunden. Es dauerte von 6 Uhr Morgens bis 2 Uhr Nachmittags. Von 30 wurden 16 wieder verſöhnt, 2 lebendig verbrannt, 12 zuvor erdroſſelt. Am 24. Sept. fand ein anderes Auto da fe ſtatt, zu Sevilla, welches 21 Perſonen dem weltlichen Arme d. h.

Apud *Pedemontanos Valdensium* Ecclesiae nihilo mitiora expectant a *Caroli Alumno,* [6]) novo principe famelico, et in omnes corradendae pecuniae occasiones intento, adde etiam *Philippi* mancipio. *Vidua regina* [7]) admonita ab *Ecclesia Parisiensi,* gravissimis literis, spem aliquam fecerat, [8]) sed ea nunc ita blanditur *Cardinali* ut nihil ab ea laeti expectandum satis appareat. Itaque Ecclesia Parisiensis tota paene jam est dissipata quoniam ne domi quidem tuto latere licet, multis jam interceptis *Catalogis,* [9]) et impiorum audacia ita furente ut quidvis jam eis liceat. In reliquis Ecclesiis, si paucas excipias *Tholosanae* et *Burdegalensis* Jurisdictionis, adhuc satis tranquilla omnia. Interea omnes ministri fortiter pergunt, et praeter spem sperant. *Saepe consulimur an liceat adversus istos, non tantum religionis sed etiam regni hostes insurgere,* quum praesertim secundum leges nulla sit adhuc penes *Regem* ipsum authoritas qua illi niti possint. Neque enim desunt multi *Scaevolae* qui certa etiam morte parati sint veram libertatem redimere, si justa vocatio appareat. Nos hactenus respondimus *precibus et patientia superandam esse tempestatem, et eum non defuturum qui tam mirifico exemplo nuper ostenderit non modo quid possit Ecclesiae suae caussa, sed etiam velit. Huic consilio hactenus paruerunt.* Rogant autem vehementer ut omnes Ecclesiae, et vestra praesertim, quae fere una in *Helvetia* celebratur, sui in publicis ac privatis precibus meminerit, quod quidem vos sedulo curaturos non dubitamus. In *Calabria* captus est vir insignis *Ludovicus Paschalis* [10]) qui *Lausanna* eo profectus fuerat, Ecclesiarum rogatu, qui nunc et ipsae, multis jam captis, periclitantur. Dominus eas consoletur et nos quoque, ut tandem ad nos veniam, tempestive confirmet. Quid enim aliud istos moliri putes, quam ut eam urbem [11]) pessundent qua vel una eversa existimant omnia pulchre sibi confecta? Dux novus jam fertur *Lugdunum* transiisse *Nicaeam* [12]) versus. Bene habet quod ita ab illis contemnimur ut ne dignos quidem existiment quos alloquantur. Ita enim certe

---

dem Tode überlieferte. S. M'Crie Geſch. d. Reformation in Spanien p. 291 u. fol. S. auch Hist. des Martyrs unter dem Jahr 1559.

6) Emmanuel Philibert, der 1559 in ſeine Staaten eingeſetzt worden.

7) Catharina von Medicis.

8) S. Hist. Ecclésiast. des Eglises Réform. I. p. 224.

9) Namenverzeichniſſe der Perſonen, welche die Surveillants hatten.

10) S. über ihn Hist. des Martyrs fol. 555. Beze Vrais pourtraicts p. 230.

11) Genf.

12) Nizza.

magna nos molestia liberant. Interea Dei gratia, non modo nullam hic perturbationem, sed multo etiam firmiores animos mihi videor animadvertere quam unquam antea. Expectabimus ergo quicquid dederit Dominus, et, ut spero, bonitate ipsius potius quam ullorum hominum freti, perferemus. *Calvinus* noster suo more pergit, *Viretus* quoque valet, si oculos excipias. Transiit hac nuper D. *Hallerus*, sed nullo penitus ex fratribus salutato, quod minime speraveramus. Multae hic febres infantes multos absumpserunt, ac quosdam etiam omnium aetatum, inter quos magno cum nostro dolore *Rob. Stephanum* numeramus, incomparabilis diligentiae et singularis probitatis hominem, [13]) quem nudius tertius ad sepulchrum sumus prosequuti. Successit *Henr. Stephanus* quem unum ex filiis haeredem nuncupavit et de quo multa nobis pollicemur, si Dominus eum superstitem servarit. [14]) Quod superest *Academiola* nostra mediocri successu quotidie augetur, cujus leges ad te mitto. Sunt alia praeterea nonnulla quod attinet ad *Parisiensem Ecclesiam*, quae ex eo cognosces qui has tibi literas reddidit. Venit enim ille ad nos ex ea ipsa Ecclesia, ac proinde vobis omnia ut testis oculatus exponet. Proficiscitur autem ad vos ex nostro consilio, ac proinde rogo te, mi pater, ut eum istic authoritate tua ac consilio juves, i. e. ut tui similis esse pergas in juvando pio ac peregrino homine. Id quod pluribus a te contenderem nisi jam pridem quae tua sit tum pietas tum humanitas, non in amicis modo sed etiam in me ipso non semel essem expertus. Idem reliquis fratribus ac collegis tuis mihi in Domino plurimum observandis testatum esse cupio, ad quos privatim ac sigillatim scripsissem, si licuisset. Quod superest D. Jesum precor ut te salvum ac incolumem Ecclesiae suae servet, tuisque laboribus magis ac magis benedicat. D. *Martyrem*, D. *Gualterum* caeterosque observandos fratres rogo ut meo nomine salvere jubeas. B. V. Genevae, 12. Sept. (1559).

Tuus Beza.

Decemb. 1559. **Beza ad Bullingerum.**

S. *Heidelberga* reversus quo mihi proficiscendum fuit, ad interpellandum Principem, pro D. *Burgii*, eximii illius se-

13) Rob. Eſtienne ſtarb den 7. Sept. 1559.

14) Dieß ſcheint auf die damals ſchon ſchwächliche Geſundheit Heinrichs zu deuten.

natoris Parisiensis, salute, literas tuas apud Dominum *Calvinum* offendi, in quibus caussas explicasti, cur tibi non videatur expedire, ut colloquium instituatur. Ego vero, ingenue loquar, prorsus aliter sentio, nec video quomodo possimus coram Deo et cordatis hominibus factum nostrum excusare, si ad justum et aequis conditionibus praescriptum colloquium venire recusemus. At nihil promovebimus. Certe non ausim sperare plenam consensionem, sed ista consilia non possum judicare proficisci a malo spiritu, sive rem ipsam specto, sive scopum consilii, sive etiam personas quae hoc negotium procurant. Ac proinde malo, incerto eventu, bene sperare et omnia Domino committere, quam ullis conjecturis nitendo semel desperare. Denique malim vel tenuissimam spem amplecti, et omnia in Domino tentare, quam adversarios confirmare nostra recusatione et infirmos in aliquam dubitationem conjicere. Neque etiam possum videre qua fronte Deum pro componendo isto dissidio et tamen id remedium non modo non quaerere sed etiam oblatum repudiare possimus, quod unum ordinarium semper fuit et esse debet in Ecclesia Dei, quoties de dogmatibus fuit disceptatum. Atque utinam non haberemus in his regionibus tam recens tamque calamitosum et triste contemptarum Synodorum exemplum. Ergo quod ad me attinet ego ita sentio, et, quando quidem aliud non possum, toto animo exopto, ut alii, qui plus in hac re valent, toti in hanc rem obtinendam et perficiendam incumbant. Auget autem hoc meum desiderium nova etiam oblata occasio, de qua jam antea ad te scripsissem, si commodus nuntius fuisset oblatus. Sed obsecro te, mi pater, ut haec apud te contineas, tantisper, dum res ipsa per se appareat.

Quum *Heidelbergae* valedixissem Principi quicum ut neque etiam cum quoquam mortalium sancte tibi affirmo nullum a me penitus de his rebus habitum sermonem: ecce ad me ultro in hospitium venit quidam et doctus et pius, suoque adeo merito Principi carissimus, et ex me quaerit, cur de his rebus nihil egissem. Id enim a me Principem expectasse. Respondeo me de ea re nihil in mandatis a quoquam habuisse, et praeterea tam exulceratis rebus non ausum esse quidquam movere. Imo vero, inquit ille, scito, per unum duntaxat Principem stetisse in *Comitiis Augustanis* quominus communi protestantium Principum voluntate, liberum et christianum Colloquium inter nostras et vestrarum partium Ecclesias constitueretur, nisi vos, inquit, fortassis renuissetis.

Quid ergo, inquam, an omnis istius rei spes amissa? Imo, inquit, hoc tibi significo non deesse maximae auctoritatis et

dignitatis Principi summam ejus rei perficiendae voluntatem, ut semel haec infelix controversia doctorum et placidi ingenii hominum arbitrio vel penitus tollatur, vel saltem ad aequas conditiones aliquas revocetur, et ita tandem omnes eandem religionem profitentes communi foedere conjungamur. Caeterum hoc imprimis, inquit, scito, postulari ut brevi et quam maxime dilucido aliquo scripto, vestra omnis sententia explicetur, ex quo possit nimirum plane et certo constitui, quibus in rebus tum conveniamus tum dissentiamus, et omnes calumniae quorundam praecidi, qui nos non desinunt apud *Principes* gravare. Nam quaecunque ad hunc usque diem scripta sunt, vel nimium prolixa, vel obscuriora vel ambigua plerisque nostrum videntur. Haec ille, [1]) id unum addens ut nonnisi paucissimis et integrae fidei hominibus id committerem, per quos nimirum illud ipsum confici quam optime posse arbitrarer.

Domum igitur reversus haec *Calvino* significavi, et nunc tibi putavi exponenda ut videas quid a me respondendum putes. Scripsit ipse *Calvinus* quod ad te mittit. Ego quoque ipsius voluntate et *Consilio* nonnihil exaravi, idque per illas quaestiones distributum de quibus illos vidi maxime quaerere et dubitare. [2]) Quidquid autem illud est, ad te mitto primum ut ne bis peccem per imprudentiam, deinde etiam aliam ob causam de qua necesse est ut paucis seorsim tecum agam. Quum Domini *Farelli* et mea Confessio apud *defunctum Palatinum* [3]) et *Ducem Vuirtebergensem* edita tibi duobus nominibus displicuisset, nempe quod in ea videremur plus tribuere adversariis quam par esset, deinde quod vestrarum etiam Ecclesiarum nomen adscripsissemus, quum, inquam, eo nomine factum nostrum vobis displicuisset, nosti nos et per literas et coram usos esse ea purgatione, quae fratres decuit et doctrina et animis vobiscum consentientes, et certe ita a vobis discessimus, ut plane vobis satisfactum putaremus. Nam quod ad doctrinam attinet etiamsi nonnulla videntur tunc a nobis scripta vel ambigue vel non satis explicate, sicut in tanta brevitate accidere facile potuit, tamen testati sumus quod nunc quoque syncere testor coram Domino, *nihil a nobis nisi simpliciter et optimo animo scriptum,* neque nos unquam ab illa Ecclesiarum nostrarum *Consensione* [4]) vel tantillum cogitasse disce-

---

1) Vielleicht der churfürſtliche Leibarzt Thomas Eraſtus?
2) Dieſe beſondere Schrift iſt mir nicht zu Geſicht gekommen. In Zürich befindet ſie ſich wenigſtens nicht.
3) Otto Heinrich der im Februar 1559 geſtorben war.
4) Der 1549 aufgerichtete Consensus Tigurinus.

dere. Sed dura certe est conditio, certis syllabis, aut vocabulis, aut loquendi formis ita adstringi, ut nullam liceat habere rationem eorum, quibuscum agitur. Exempli caussa *substantiae* nomen nullo modo tibi placet usurpari, a quo etiam Ego in toto scripto, quod ad te mitto, libenter abstinui. Atqui nos calumniantur adversarii pro re Sacramenti, sive pro eo, quod per symbola figuratur, non Corpus sed Christi Spiritum statuere, et tollere nostram cum ipso Christo conjunctionem: alii dictitant, nos tantum agere de fructibus, quos ex Christo haurimus, non autem de ipso Christo, quasi possit ex Christo quidquam haurire, qui non potiatur ipso Christo: alii nos garriunt spirituale Corpus Christo affingere, quod tamen multo melius in eos quadrat, qui carnis Ubiquitatem ponunt. Ergo si cum illis disserimus, ut vitemus istas calumnias, fatemur, nobis ipsum Christum sive Corpus Christi, donari, i. e., non modo fructum et efficaciam mortis Christi sed ipsam Christi substantiam ut cum eo unum facti, omnia ex eo in nos deriventur. Deinde ad tollendam omnem crassam imaginationem, dicimus id fieri per fidem, virtute Spiritus Sancti, quamvis caro Christi sit in Coelis et non alibi, Sacramenta vero in terris nobiscum, et non alibi. Quaeso an hoc est deficere a Nostra *Consensione*? Et quum dicit Dominus: Hoc est corpus meum, Et Paulus panem esse communicationem corporis, an de corpore aliquo intelligunt, quod sit substantiae expers? Denique non aliter substantiae vocabulo velim uti, quam explicavit *Dominus Martyr* sua praefatione ad *Cantuariensem* [5]) et in Commentariis ad Corinthios [6]) fol. 302. initio prioris paginae, a quo ne tantillum quidem dissentio, ac proinde neque a te, ut existimo, neque a vestrûm quoquam. [7])

---

5) Er meint hier die Vorrede zu dem Werke: Tractatio de Sacramento Eucharistiae. Disputatio de eodem utraque habita in universitate Oxoniensi. Londini 1549. 4°. Die Vorrede, welche für ſich einen kleinen und vortrefflich geſchriebenen Tractat vom h. Abendmahl bildet, iſt an Thomas Cranmer Erzbiſchof von Canterbury gerichtet. Sie befindet ſich in dem dritten Theile der Loci Communes P. Martyris, Basil. ad Perneam Lecythum 1582. fol. p. 421 wieder abgedruckt, mit der Bemerkung am Ende: Tractationem de Eucharistia cui haec Epistola praeposita fuerat invenies in primo tomo Locorum communium in quarta classe sed hanc praefationem, quam magni momenti esse existimamus, ibi adscriptam non invenies.

6) In selectissimam S. Pauli ad Corinthios epistolam Commentarii doctissimi Tiguri. 1551. 4°.

7) Dieſes Berufen auf Martyrs Ausſprüche welches Beza und den Genfern oft in den Unterhandlungen mit den Zürichern zu Statten

Quod autem ad alterum attinet, nempe, quod Nomen Helveticarum Ecclesiarum in illa Confessione adscripserimus, quod coram dixi, iterum dico, me, Dei gratia, nunquam fuisse adeo impudentem, ut mentirer illius Ecclesiae nomen, vel ut vellem cuiquam, nedum tibi, et tot Ecclesiis Confessionis formulam praescribere. Nunquam id mihi in mentem venit, nec veniet, ut spero; sed quum ex me quaereretur, quid de sacramentis doceretur in Ecclesiis Gallicis, an potui dissimulare, quod res erat, vel debui peculiarem illam esse earum doctrinam dicere, ac non potius testari mutuum inter nos consensum? Id ego si non satis apte explicavi, mea culpa est, quam ego sum deprecatus, et deprecor et deprecabor, quoties mihi error aliquis indicabitur. Sed nullum ea res praejudicium iis afferre potest, qui absentes fuerunt, et a quibus nullum mandatum habui. Ego igitur peccavi si quid peccatum est, neque in alium quam in *Farellum* et in me potest hic error redundare. At enim dices nobis obtrudetur ista confessio. Id ego vero non video unde conjicias, et, si ita fiat, quod minime arbitror, an non parata vobis exceptio, quam vel meo ipsius testimonio confirmetis? At enim ita colligent inter nos non convenire, et inter nos committemur. Deus meliora! Mihi multam in ea re injuriam fieri putabo, qui, ut ante dixi, nec volui aliis dictare confessionis formulam, et frustra illi colligent me a vobis dissidere, qui re ipsa tester contrarium, et millies mori malim quam a nostrarum Ecclesiarum consensione sciens ac prudens vel minimum deflectere, ita me bene Deus amet, qui nos mutuo conjunxit, nec unquam, ut spero, ita mihi succensebit, ut illis in Ecclesia turbis occasionem praebeam, sed de his hactenus.

Condonabit autem mihi, sat scio, pietas tua, quod haec omnia familiariter in sinum tuum deposuerim, quae me premebant. Tu vero rogo *ut libere me et pro tuo jure* non tantum admoneas, sed etiam increpes et reprehendas, quibus in rebus peccasse me animadverteris, et reipsa, ut spero, comperies, me multo plura et tuo et tui similium judicio, quam mihi ipsi tribuere solere: certe mihi feceris gratissimum, si meum hoc scriptum, quod una cum his literis ad te mitto, non gravaberis legere, et quidquid in eo requisieris, mihi, quum licebit, significare, sed et de his hactenus.

De misera Conditione *Aquisgranensium* piorum, itemque *Treverensium* et *Metensium* audisse te opinor, sed ista nihil

---

kommt, war eine kitzliche Sache und mußte auf Bullingern nicht den beſten Eindruck machen.

sunt prae crudelissima carnificina quae in *Galliis* et *Lutetiae* praesertim exercetur et quam nobis vicini adversarii minantur. Consoletur suos Dominus et Sathanam conterat.

(Pauca desiderantur.)

---

16. Jun. (1560). **Beza Bullingero.** Mss. Genevens.

S. Quod pro mutua nostra conjunctione sedulo facitis, i. e. quod nostram et omnium gallicarum Ecclesiarum salutem assiduis precibus Domino commendatis, de eo tibi caeterisque collegis magnam, sicuti par est, gratiam habemus, et a vobis petimus ut deinceps magis ac magis in hoc tam pio, et istis praesertim temporibus, tam necessario studio pergatis. Etsi enim, quod ad nos attinet nihil adhuc praeter minas audimus, tamen arbitramur nos in fratrum persona non minus periclitari quam si palam hostium gladios videremus nostris ipsorum cervicibus imminentes. Scribitur ad nos omnibus ex locis quod jam pridem prospeximus et praediximus, animadversa quorundam ignavia et mollitie, quotidie nimirum acui hostium audaciam quam Dominus plane retuderat, adeo ut nihil sit tam immane quod non audeant, nihil tam arduum quo non adspirent. Sed nobis interea non deest quod merito nos consoletur, nempe invicta fratrum constantia, et incredibilis Ecclesiarum progressus, adeo ut quae quotidie his de rebus accipimus, omnium fidem et expectationem superent. Interea tamen, sicut in turbulentis rebus solet, variis modis intus et extra peccatur.[1]) *Lugduni* quinto die hujus mensis, quum solemnis illa pompa Dei crustacei transveheretur, quidam, utinam tam prudens quam pius, palam in praetereuntem sacrificum a quo sanctum illud crustulum gestabatur irruens, Idolum illi excutit, et humi prolapsum, quantis viribus potest nititur pedibus conterere. Ibi vero ingens exortus tumultus, sacrificis classicum canentibus, et turba in quosvis obvios coeco impetu furente, simulatque sese quispiam tueri coeperat, vel auditum erat *Lutherani*, sive, ut nunc loquuntur, *Huguenoti* nomen. In eo tumultu multi crudeliter vulnerati, sedecim interempti, et in iis etiam aliquot foeminae, sed papistae plerique, tanta fuit istorum Madianita-

---

1) Er weiſt hier auf die Art hin mit welcher an manchen Orten die von den Katholiken gereizten Reformirten, da wo ſie die ſtärkern waren, die Tempel reinigten und den reformirten Gottesdienſt einführten.

rum rabies. Nostri enim rerum istarum prorsus ignari, domi sese continebant eo die quo uno praecipue solet Satan regnare, adeo ut nullus ab hostibus, nisi fortuito, sit in publico deprehensus. Inter alios protractus est quasi *Lutheranus*, ex publico Gymnasio *Bartholomaeus (Anulus)* Ludimagister, et impacto in ventrem hastili in platea mactatus homo prorsus impius et quovis supplicio dignus. Is autem qui huic tumultui occasionem praebuerat, a publicis civitatis custodibus, qui antea fuerant vitandi tumultus causa per urbem dispositi, vix tandem furenti multitudini ereptus, mox coram judicibus sistitur. Rogatus cujus consilio tantum facinus esset aggressus, respondet, quod res erat, se cum nullo mortalium haec consilia communicasse, excepta uxore per quam non stetisset, quominus ab hoc facto abstineret. Sese vero quum post jejunium preces ad Deum fudisset, ita fuisse in ea voluntate confirmatum ut vitam suam non dubitarit tantae execrandae Idolomaniae causa, certae morti objicere. Neque vero, inquit, me facti poenitet, sed hoc mihi potius dolet, quod solus non potuerim quinque simul locis idem designare. Totidem enim locis uno tempore idolum illud solet in ea urbe traduci. Initio non est ejus verbis fides habita, clamitantibus sacrificis communem hanc fuisse conjurationem ad catholicos omnes opprimendos, et hanc occasionem perdendae Ecclesiae captantibus. Sed aliter Domino visum est. Itaque quum ille pergeret propositis etiam gravissimis tormentis, rem totam simpliciter narrare, nec ulla probabilis appareret communis conspirationis conjectura, aliquot post horis damnatur; et ad supplicium rapitur. Praecisa est viro altera manus, deinde strangulatus est, ac tandem in quinque partes dissectus, quae sunt totidem patibulis, diversis urbis regionibus appensae. Capti sunt in tumultu et aliquanto post tempore, nonnulli partim ex ipsis adversariis, partim ex nostris, sed plerique jam sunt dimissi. In furiosos illos homicidas nulla decernitur quaestio, nos interea seditionis arguimur, quamvis ille constantissime moriens Ecclesiam millies absolverit. Inductum est postea ut octava, quam vocant, quam maxima celebritate, expiationis causa celebraretur. An eo die recruduerit haec rabies nondum intelligere potuimus. Sed hoc quidem certum est fieri vix posse, quin haec tandem erumpant.

Lutetiae truculentissimus ille Senatus, cujus summa est in Regno auctoritas, inscio rege, S. C. promulgarat, quo jubebantur singularum aedium Domini aulaea suspendere,[2]) idq. addita poena

2) Bei der am 5. Juni bevorſtehenden Fronleichnamsproceſſion.

confiscationis aedium, quam vocant. Decreverat praeterea, pridie transvectionis, egregio suo Deo litare trium holocaustorum sacrificio et in ipsa pompa duas ex infirmioribus sororibus captivis traducere. Haec quum in aulam Regis essent perlata, (erat enim Rex paene ad ipsas urbis portas) vitandae seditionis causa, scriptum est a regio consilio mollius edictum, quod crudeles omnes illos conatus facile infregit. [3]) Ex his duobus exemplis quae nunc sint in *Gallia* tempestates facile tibi fuerit conjicere. Etsi enim plerisque locis, praesertim in *Aquitania* et *Normannia* longe melior est Ecclesiarum conditio, tamen hostes certum est ubique furere, et extrema quaedam moliri. Rex de more unctus est *Remis* [4]) a *Cardinali Archiepiscopo,* [5]) satis pacifice, *contra multorum expectationem.* Inde *Lutetiam* ventum est, ubi nunc instruitur solemnis pompa, ad eum de more excipiendum, et mox in oppido *St. Dionysii,* quod *Lutetiae* proximum est, ab eodem *Cardinali Abbate* [6]) coronandum. Si tantis oblatis occasionibus adversarii quieverint, ac non potius perpetrent quod jam diu parturiunt, erit cur Deo gratias agamus. Quid moliantur hostes satis apparet, nec desunt rationes quibus possint impediri, sed ii in quibus sita sunt omnia, ita se gerunt ut plane constituisse videatur Dominus haec omnia per se administrare. Indicti sunt status regni ad *Calendas Augusti* sed iniquissimis et antea inauditis conditionibus. Neque enim more majorum per singulas Metropoles coacta sunt libera suffragia, sed per certos homines habiti delectorum civium coetus, omnibus etiam aperta vi rejectis qui vel de regni gubernaculis vel de religione sententiam liberius dicturi videbantur. Additum etiam et expressum in regio diplomate, ne de ulla re alia quam de persolvendo aere alieno, quo Rex est obstrictus, referatur. Convenire optime inter principes de reginae auctoritate, et religionis negotium summae illis curae fore, post explicatas aeris illius alieni rationes. Hinc necesse est, quantum conjicere licet, vel civile bellum exoriri, vel miserrimam servitutem ita confirmari ut nulla spes libertatis nisi Deus extra ordinem illius gentis misereatur. Habes, opinor, a nobis quod postremis tuis literis petiisti, de quo non recusamus quin ad eos

3) Edict von Romorantin, Mai 1560, welches den Gerichtshöfen und Parlamenten die Jurisdiction über die Ketzer nahm und sie den Prälaten ertheilte.

4) 15. Mai 1560.

5) Der Cardinal von Lothringen der unter Anderem auch Erzbischof von Rheims war.

6) Carl von Lothringen war auch Abt von S. Denis.

rescribas, quos nostra interesse putabis ut de his rebus omnibus admoneas. Caeterum quod a te initio petiimus, nempe ut nos assiduis precibus juves, facile jam intelligere potes nos merito petiisse. Neque vero dubitamus quin spei nostrae hac in parte una cum reliquis collegis tuis, fratribus nobis in Domino plurimum observandis, abunde satisfacias. Quod superest, Dominum rogamus, ut magis ac magis vos confirmet et vestris sanctis laboribus benedicat.

D. *Martyrem* et reliquos collegas cupimus vicissim salvere. B. V. Genevae 16. Junii (1560).

Tuus Beza D. Calvini
et suo nomine.

---

26. Junii (1560). **Beza Bullingero.** Mss. Genevens.

S. Nihil erat necesse, mi pater, ut tuum silentium tam sollicite excusares. Etsi enim vehementer cupiebam intelligere quid tibi videretur de meo scripto quod ad te miseram, tamen nunquam dubitavi quin aliquid magis serium mihi responsum tuum invideret. Facio enim ego ex me ipso periculum, qui quum non tam multis prae te neque ita magnis negotiis premar, cogor tamen saepissime in rescribendo amicorum expectationem fallere et desiderium meum suspendere. Sed de his satis. Quod igitur ad meum scriptum attinet, gaudeo tibi non improbari et rogo ut, sicut facis, alii aliorum dicta et facta non ex syllabis et literis sed ex animo vere christiana charitate praedito metiamur. Qui nobis dedit unum in ipso sentire quod ad rem ipsam attinet, nunquam ut spero permittet ut de formulis acerbe dissentiamus. Et quod in postremis quoque tuis literis monuisti te vereri ne ab adversariis arripiatur, curabo ne frustra monueris. Nam ita omnino faciendum est, hoc praesertim tempore quo non dubito quin exardescat saxonica rabies non tam *Hienae* [1]) quam *Gehennae*, sublato illo quem unum nonnihil metuebant. [2]) Sed vivit Dominus qui impios dissipabit quo die nihil tale expectabunt. Expectas nimirum ut volumen ad te mittam de rebus Gallicis. Et certe si vellem aut nugari, aut vana scribere, non deesset magni voluminis argumentum. Sed nimis esset operosum, etiamsi alioqui satis esset otii, vera a falsis distin-

1) Jenae.
2) Melanchthon war nicht lange vorher 19. April 1560 gestorben.

guere. Neque enim credibile est quam vana quotidie nobis abhinc quatuor menses nuntientur. Quae res maxime in causa fuit cur tacere potius omnino constituerimus, quam res falsissimas veris permiscere. Nunc autem ecce tibi paucis quidem sed vere descriptam rei summam, quam una cum his literis accipies, nisi jam forte aliunde accepisti. Quae consecuta sunt fere sunt ejusmodi. In *Delphinatu* et *Provincia* ubi nimium intempestive et contra ministrorum consilium, publice fuit concionatum, incredibilis fuit perculsio et nostrorum et eorum qui sunt illos adorti. Tandem vero nostrorum consternatio illis addidit animos. Itaque factum ut nostri miserabiliter huc et illuc sint dilapsi, hostes autem incruenta victoria praeter spem potiti, admodum clementer ea usi sunt, si exitum spectes, quamvis satis constet eos metu potius quam ulla alia ratione manus continuisse. Septem duntaxat *Viennae* in Delphinatu sunt capite truncati, idque tanquam seditiosi, quamvis certum sit falso illis fuisse crimen seditionis impositum. Multi profugerant adeo ut adversarii qui domi manserunt magis sibi metuerent quam qui profugerant. Multi utrinque caesi et intercepti. In aliis *Galliae* partibus multo minor fuit tempestas, et quod mireris, in iis ipsis regionibus in quibus acta res est, [3]) nihil motae sunt Ecclesiae. Imo ita praeteriit fluctus ut piorum capita vix attigerit, et nunc multo magis quam antea auctus sit eorum numerus. Hoc quum non ignorent adversarii, tamen ita sunt perculsi ut nunquam sibi magis metuerint. Utinam legere posses et intelligere quot et quam diversa edicta vel uno mense scripserint. Mirareris profecto incredibilem illorum pavorem, nemine illos persequente praeter eum quem minime metuunt. Quod nullis vestrorum legationibus potuit impetrari annis superioribus, hoc ultro dederunt non petentibus, ut omnes undique captivi dimitterentur. [4]) Et plerosque dimissos constat etiam cum aperta confessione. Sed tamen judicum iniquitas fecit ut nonnulli adhuc in vinculis teneantur. In summa nunquam magis trepidarunt adversarii quam nunc trepidant. Evocati sunt parlamentorum praesides. Quis sit futurus exitus ambigitur. Ego praeter majora mala nihil expecto, quoniam *Guisiani* non igno-

---

3) Die Verſchwörung von Amboiſe.

4) Dieſes Edict wurde in der erſten Beſtürzung und Furcht zu Amboiſe gegeben und den 12. März in die Regiſter des Pariſer Parlaments eingetragen. S. Hist. Ecclés. I. 274. u. Thuanus Lib. XXIV. Tom II. p. 764 der fr. Ueberſetzung.

rant sibi, salva principum[5]) auctoritate, consistere in regno non licere, ac proinde adversus illos vel clam vel aperte omnia nunc, ut in extrema desperatione, molientur. Principes vero, si vel vitae suae rationem habebunt procul dubio ultima consilia capient, quod si audebunt satis fortiter mox de *Guisianis* actum erit, quoniam omnes in illorum partes transibunt; sin minus, video miserabilem fore illius regni statum, quia una pars jam assuevit servituti, altera jugum nunquam nisi invita subibit. Itaque, mi pater, si unquam alias, nunc opus est ut miseram Galliam precibus vestris Domino commendetis. Quod ad nos attinet, mirabiliter adhuc stamus et nos staturos speramus. Quae nobis ingeruntur calumniae,[6]) nullis melioribus aut certioribus testibus delui possunt quam iis quos isti a nobis emissos dicunt. Fecimus quod licuit et voce et scriptis, ut Deus nobis testis est. Accidit tamen quod futurum prospiciebamus et effugere nobis nullo modo licuit, nempe ut patientia in furorem verteretur. Hoc igitur sibi imputent adversarii, cujus etiam non dubito quin tandem justas poenas luant.

De *Philippi* clade Navali[7]) et duce *Sabaudo* Nicaeae a *Turcis* paene intercepto non dubito quin jam pridem audieritis. Ita fit justo dei judicio ut qui exteris malum parant, domi perniciem inveniant. Amisit ex suis nobilibus 72, aliquot captivos redemit duodecim millibus coronatorum. Ipse, sive potius ut vulgo vult appellari, *ipsius altitudo*, vix evasit et *Philistim Davidem*, i. e. Pedemontanas Ecclesias quasi jam ad extremum redactas conservarunt. Nobis vero qui haec Dei judicia tam propinqua cernimus, utinam et fides et spes accrescat, ut magis ac magis pergamus. *Gallus* totus est in componendo Anglico et Scotico bello, quoniam domesticas conjurationes reformidat. Utinam Deum potius discat revereri, ut omnes in eo unum sentiamus. Sed ecce dum excuso brevitatem literarum volumen scripsi. Itaque jam non habes, quod de brevitate conqueraris. Sed rogo ut, quoniam plura nunc non licet, haec eadem cum amicis communibus, praesertim cum Domino *Ambrosio Blaurero*, optimo meo parente, communices, et quidem imprimis tumultus *Ambosiani historiam.*[8]) Scio enim

---

5) Der Prinzen vom Geblüt.

6) Wegen der Verschwörung von Amboise. Denn „Genf" hieß bei den Altgläubigen in Frankreich alles Unglück das geschah.

7) Die Schlacht hatte am 8. Mai stattgefunden. V. de Thou, fr. Uebers. II. 857.

8) Der Brief ist also von 1560.

id jam pridem eum expectare et sane mihi permolestum fuit, tamdiu ipsius expectationi non satisfacere.

Qui tibi reddunt has literas mihi fuerunt accurate a D. *Peucero* [9]) commendati quos proinde tibi caeterisque collegis non dubito commendare. B. V. mi pater, DD. *Martyrem, Gualterum, Gesnerum* et caeteros collegas rogo ut meo nomine accurate salutes. D. Jesus vobis magis ac magis benedicat et nobis omnibus donet ita munere nostro defungi ut ab eo coronam gloriae tandem percipiamus. Genevae 26. Junii.

Tuus Beza.

---

10. Sept. 1560. **Calvinus Bezae in Galliam.** Collect. Simler. Ex copia archiv. Eccles. Bernens.

Quia meas literas, quibus significatum quod scripturus sum, periisse existimo, cogor nunc repetere. De mutatione consilii in tempore admonitus fuit *fervidus noster* [1]) et ego prius firmis rationibus ostenderam nihil esse tentandum donec aliquid a vobis. Ita in festinatione graviter peccavit. Ceterum accidit perquam incommode ut literae tuae, quas XXV Augusti scripseras fere quatriduum retentae fuerint a nescio quo *Mutione* qui quinque post horis eas se redditurum promiserat. Conjeceram me in lectum reversus ab expeditione tristissima, quia optimi fratris nostri *Macarii* funus duxeram octo dierum moerore confectus. Surrexi extemplo et *fervidum* obsecravi ut quidquid paratum erat vel transmitteret quo jubebant tuae literae vel ipse duceret. Interea ut aliqua esset nimiae celeritatis excusatio, hunc ad me cum literis misit, unde conjicere liceret, nullam moderationem ab ipso admitti atque adeo nuntius ipse, qui tunc fuerat eadem opinione imbutus, rem totam melius referret. Ego eum ex omnibus potissimum elegi, quia nemo ad superanda obstacula esset aptior. Quam turpiter animosus ille discesserit, qui nullis consiliis regi potuit, narrare in praesentia supersedeo. Audies coram. Porro ne adversa

9) Caspar Peucer, Tochtermann Melanchthons.

1) Der ganze Brief iſt dunkel geſchrieben, weil Calvin ſchon fürchtete der erſte möge verloren gegangen ſein. Wer unter dieſem fervidus noster zu verſtehen ſei, iſt ſchwer zu ſagen. Vielleicht der junge Maligni, welcher einen Angriff auf Lyon vorhatte, aber Gegenbefehle bekam, vielleicht auch Mombrun oder Mouvans welche damals das Delphinat und die Provence in Schrecken geſetzt hatten aber endlich ſich hatten zurückziehen müſſen.

haec procella *Ducem nostrum et signiferum* [2]) turbaret, statim mittendum censui qui saltem perferret quod acciderat. Altera etiam causa fuit ut intelligerent nos fideliter curasse quod polliciti eramus. Ab hoc proximo incipiam: Vicini nostri vel a fide exciderant vel ad ignaviam erant prolapsi, nisi vehementius eos retraxissem. Visi fuerant animi erecti ejus praesentia, qui meae objurgationi et preces et minas addiderat. Triduo post iterum collapsos fuisse audivimus. Alter successit. Parata erat summa sed nobis sponsoribus. An hunc quoque cursum obruperit subita tempestas, nescio. Certe bona fide confectum erat negotium. Hoc *Duci et antesignano* persuadeas, in festinatione nos fuisse satis sedulos sed ex aliorum segnitie inductam moram. Deinde cum tuus adventus malis omnibus praesentissimum erat remedium, valde nocuit, a vobis nihil adferri. Nam hinc factum est ut plus licentiae sumeret qui in vano impetu repente concidit, et alii, cum se proditos putarent, vacillarunt; hinc calamitas quae tamen magis animos acuere quam frangere debet. Et aliunde plus spei concipio, quia strenui exactores cum meis mandatis *Mascopolim* in vicinas urbes et maritimam provinciam negotiandi caussa profecti non parcent laboribus. Quid autem restat nisi ut *dux* celeritate vires sibi comparet quae nunquam sedenti occurrent. Si deesse nervos queratur, multos reperiet quorum singuli proprios nervos intendent. Jam aliquid tentatum oportuit. Expertus esset quantum in fiducia et strenuitate positum sit et frustra deliberat ubi adversa pars exequitur et machinas fervide admovet ad eum opprimendum. Fallacibus blanditiis coepisse deliniri ut mollesceret, rumor quidem sparsus fuit, mihi tamen minime probabilis, quando eousque progressa est caussa, ut reconciliationi non sit locus. Quod si plus aequo fuerit credulus *Dux ipse* quam vereor, ne cito, et nimis sero, agnoscat venenum fuisse melle illitum; atque ut demus, tuto cursum retro posse flecti, quod stulte sperabitur, quid hac ignavia turpius, manus tam saevis bestiis dare, imo os praebere conspuendum et indelebilem dedecoris maculam suscipere?

Atque ut contumeliis abstineat superbissimus hostis, aeterno tamen in contemptu jacebit, cui praestaret centies mori. Quamquam ne contumeliis quidem, si vicerit, contentum fore palam est. Certe ad mortem usque insultabunt. Quod si jugulum

2) Prinz Condé oder der König von Navarra ſelber. Jedenfalls einer von Beiden. Dieß geht aus dem Nachfolgenden, Hoc Duci et antesignano *persuadeas* hervor.

praebere non dubitat, saltem eum moveat caussae respectus quam et Deo probari novit et omnium bonorum suffragiis laudari. Quoniam nobis incognitus est status vester non audeo longius progredi, nisi quod hoc caput acriter urgere et constanter persequi tibi necesse est, non modo neque utile neque honestum, neque denique fas esse quidquam remittere ex diligentia sed manifestissimum et certissimum ignominiae mortisque periculum instare si tantillum cessabitur. Video quidem non esse justis auxiliis instructum, sed male nobiscum agetur si fraudamus eum justo honore in cujus manu eventus sunt prosperi et adversi. Quum res adhuc essent integrae non peperci vicinis nostris sed protinus curavi omnes apparatus dissolvi. Videbam quid posset accidere. Expendebam eorum querimonias. Dicebam amicis nostris inter quos erat ille, [3]) quo sumus orbati, me summae crudelitatis reum fore apud imperitos, quia velut in carnificinam eos exponerem abductis inde auxiliis. Obduravi ad illa omnia, quo mandatis obsequerer. Nunc quum tot injuriis expositos video, misericordia subit, nec mihi tempero a maxima acerbitate doloris, si deseri videam. Quare tuum est importune aures obtundere quae tardiores erunt, vel malis impedimentis obstructae. Utinam accederem ad obeundas secundas partes. Verum hoc quoque mihi aufertur ne scribendo pigros extimulem. Tu ergo non solum expone quod leges in his literis sed aculeos mutuare ex schola nostra, quia tenes quo ardore ferantur nostri Magistri, ubi exigit necessitas. Satius porro visum est te uti interprete, quam onerare hunc diversis literis quae forte molestiam crearent. Reverenter ergo saluta, quos nosti ac vale integerrime frater. Dominus vobis omnibus adsit, vos gubernet, sustineat, tueatur. (Genevae) X. Septemb. 1560.

---

22. Jan. 1561. **Beza ad Bullingerum.** Mss. Genevens.

Reversus *e Gallia* et verae meae Patriae, Singulari Dei Beneficio restitutus, scripsi ad te satis prolixe de tota mea

3) Johannes Macarius hieß er. Er war früher Pfarrer in Paris und ſtand in Correſpondenz mit Calvin. (S. Epist. Calvini Edit. Amstel. p. 119. a). Er war bei jener Gemeinde dem Anton Sadeel oder Chandieu nachgefolgt, mußte ſich aber dann flüchten und fand in Genf ein Amt dem er (was kein geringes Lob iſt) zur Bewunderung Calvins vorſtand, deſſen Intimität er beſaß. Er ſtarb in dem Anfang Septembers 1560.

profectione et quis tum esset Gallicarum Ecclesiarum status. Neque dubito quin tibi redditae sint meae literae utpote quas *Lynero* nostro commisi. [1])

Ecce vero desperatis pene rebus omnibus, repente Dominus Deus noster re ipsa declaravit quantae illi curae essemus sublato *Francisco* [2]) non minus mirabiliter quam *Henrico* ac magis etiam ut opinor opportune. Nam si dies tantum sex supervixisset, actum erat de rebus omnibus, et ita quidem actum ut nulla remedii spes superesset. Erat enim statuum conventus ad X Decembr. indictus, quo die futurum erat ut absque ulla alia disquisitione *Princeps Condensis* Regis Navarrae frater capite multaretur. Rex frater in arcem *Lochiensem* [3]) *Connestabilis* [4]) in *Biturigum* turrim perpetuae custodiae caussa detruderetur, postea convocati fuissent status ut postremo Gallicae libertatis funeri interessent. Comparuisset enim *Cardinalis*, injussus, omnium ac singulorum nomine, qui tacentibus omnibus et exanimatis plerisque omnia haec Regi testificaretur: ab omnibus rata haberi, omnes illi gratias agere, omnes ad quaevis obsequia esse paratos, si modo haereticos illos extrema internecione deleret. Erant autem jam antea per universum regnum sparsae militares copiae, iis delectis Ducibus, quos certum esset nihil crudelitatis omissuros, simulac imperatum esset. Imo strenui carnifices, funesto illo die non expectato, nullam non crudelitatem in *Delphinatu* et tota *Narbonensi Provincia* exercuerunt.

Itaque quum nullum jam humanum auxilium superesset et infiniti omnium aetatum et ordinum mortales gladium jam haberent intra jugulum, ecce Dominus, Deus noster evigilavit, et *miserabilem illum puerum* [5]) non minus foedo quam inexpectato mortis genere sustulit. [6]) Mortuo nullus, ut Regi, honos habitus ne ab iis quidem qui viventem habuerunt adeo sibi obsequentem, pauci tantum delecti equites cadaver ad *Dionysii fanum*, absque ulla solemni pompa deductum, patris

---

1) Dieſer Brief iſt, leider, verloren gegangen und ſcheint ſchon zu Simmlers Zeiten nicht mehr vorhanden geweſen zu ſeyn, denn er findet ſich nicht in ſeiner Sammlung.

2) Franz II. † 5. December 1560.

3) Loches in der ehemaligen Touraine, jetzt Depart. Indre et Loire. Das alte Schloß wo Carl VII. mit Agnes Sorel buhlte, Ludwig XI. den Cardinal de la Balue lange ſitzen und den Ludovico Sforza ſterben ließ, [illegible]noch.

4) Annas von Montmorency.

5) Franz II.

6) Er ſtarb an einem Geſchwür im linken Ohr wo er ſchon längſt eine Fiſtel hatte.

tumulo injecerunt, adeo ut nunc vulgato proverbio jactetur: „*Lutherano more sepultus Lutheranorum hostis.*“

Interim, mortuo Rege, magni in aula motus fuere, parum admodum de pristina audacia et ferocia remittentibus *Guisianis* et nostris initio adversus eorum potentiam non satis tutis. *Regina mater* sibi inprimis cavit, nec difficile illi fuit iis temporibus a *Rege Navarrae* quid vis impetrare. Ita factum, ut, eo concedente, primas gubernationis regni partes ab eo tempore obtinuerit ea conditione ut *Navarraeus* ab illa sit secundus. Additum ut nihil nisi ex *Concilii* [7]) sententia deinceps decerneretur. Ab eo concilio *Guisiani* fratres et alii nihil nobis aequiores sunt remoti, sive metu sive prudentia id factum. Allecti sunt tantum aliquot Regii sanguinis Proceres, et alii postea nonnulli. Jussus est *Conestabilis* munus suum obire, itemque *Admiraldus*, ut antea, maritimis rebus, et *Andelotius* pedestribus totius *Galliae* copiis praeesse, quae omnia per vim solebant *Guisiani* administrare. Ea res magnopere nobis profuit, quoniam mox dimissae sunt ex illorum imperio omnes illae militum turmae ad piorum lanienam per universum Regnum dispositae, sed et illud Divinitus contigit ut mors Regis in eum temporis articulum incideret, quo jussae fuerant singulae Galliarum provinciae suos legatos *Aureliam* mittere ad *statuum, quem vocant, conventum*, ut hostes nostri praetexebant, sed revera ut omnis sine ulla exceptione auctoritas, quasi ex totius Regni consensu ad *Guisianos transferretur*. Convenerunt igitur ad XIII. Decemb. trium statuum legati, i. e. Ecclesiasticorum Nobilitatis et Plebejorum, coram Rege et delecto ipsius concilio. Habuit longam orationem *Cancellarius*, [8]) in qua initio quidem pulchre multa de antiquo Regni statu disseruit, sed mox *aulicum suum ingenium* prodidit. Jussi sunt postea singuli status, seorsim convenire et delecto a singulis interprete, sua gravamina intra dies aliquot proponere. Fuerat autem expresso regis edicto cautum mense *Novembri*, ne quis de religione verbum ullum faceret, adeo modis omnibus effecerunt saevi illi carnifices ut indicta caussa damnaremur, quum audivissent, maximam omnium ordinum partem per singulas provincias, negotium Religionis apud Regem urgere constituisse. Hic vero mihi considera *Cardinalis* infractam impudentiam. Neque enim dubitavit variis artibus conari, ut communibus provincialium legatorum suffragiis deligeretur communis trium statuum Regni orator et interpres, quam ipsius audaciam cum nobilitas et

7) Regentſchaftsrath.
8) Michael de l'Hoſpital.

plebs magno cum fremitu repulisset, indignatus ille ne suae quidem Ecclesiae patrocinium suscipere voluit. [9]) Substitutus est autem in ejus locum *Quintinus* [10]) quidam, homo loquaculus sed valde ineptus, Juris canonici in Parisiensi Academia Professor. Pro nobilitate dixit quidam a *Rupeforti*, [11]) pro Plebe quidam in Burdigalensi senatu causidicus. [12]) Recensentur enim in plebe quicunque vel in nobilitate, vel in Ecclesia non censentur. Habuerunt hi singuli suas orationes publice, sedente Rege et delecto ipsius Concilio, Calendis Januarii. Ac *Quintinus* quidem ille multa inepte dixit, multa impie, illud autem plane impudenter, quod *Admiraldum*, ut nostris partibus faventem, aperte ausus est accusare. [13]) Plurima tamen, veritate ipsa cogente, permiscuit in totius Ecclesiastici illius ordinis dedecus. [14]) Nobilitatem ferunt valde fortiter et libere locutam, sed plebs imprimis graviter et copiose disseruit de

9) Or le *Cardinal de Lorraine* avait recherché de bonne heure comme Ecclesiastique de faire la harangue au Roy pour les trois états, ce qu'ayant obtenu du clergé fut envoyé vers les autres pour mesme effect un nommé *Griveau*, chanoine de la saincte chapelle, qui fut vivement repoussé, jusques a lui estre dict par le tiers estat qu'ils ne prendroyent pas pour parler pour eux celuy duquel ils se vouloyent plaindre. S. Hist. Ecclésiast. I. p. 428.

10) Joh. Quintin war von Autun.

11) Jaques de Silly, baron de Rochefort.

12) Jean Lange.

13) Coligny hatte bei der Privatberathung des Königs zu Fontainebleau, welche vom 21. Auguſt 1560 an gehalten wurde, zwei Bittſchriften, eine an den König und die andere an die Königin Mutter eingereicht, und zwar in der erſten Sitzung vor allen Verhandlungen, wo ſie verleſen wurde. Hist. Ecclés. I. p. 276. Nun hatte Quintin geſagt: Que le roy devoit declarer heretique tout porteur de requeste etc. etc. Hist. Ecclés. I. 430.

14) Im Eingang dieſer Rede heißt es unter Anderem: Je viens a la premiere catholique et sainte cause d'une tant notable congregation qui concerne la singuliere conservation de l'honneur, reverence et veneration de Dieu avec une entiere et pleine restauration de son divin service, *duquel nous (nous dis-je en douleur, nous appellans Ecclesiasticques) sommes les premiers par trop indignement et scandaleusement eslongnez:* les autres aussi tous, ausquels semble que Dieu courroucé pour leurs démérites vie rebelle et pleine de recalcitration donne recteurs et superieurs non par sa grace mais par sa fureur, convenante a leurs moeurs. Weiter unten heißt es: Ce que pour lors leur fut escrit (den Königen von Frankreich durch den heiligen Gregorius in Rückſicht auf den ſchlechten Clerus) pensez présentement vous estre escrit, et poursuivez, Sire, de nous assembler en Concile, pour par nous mesmes, *connaissans nos evidentes et enormes fautes*, nous reformer. S. (Popelinière) Hist. de France Edit. 8°. v. J. 1582. T. I. p. 448. So wie auch La Place (Edit. Panthéon) p. 95 u. 96, welche beide die Rede von Wort zu Wort haben.

rerum omnium perturbatione, de intolerabili quorundam potentia, de expilato aerario, de nobilium rapinis, de religionis contemptu, de Ecclesiasticorum luxu et sordibus, de verae doctrinae ac disciplinae restitutione, adeo ut omnes audientes valde permoverit.

Gratiae postea per *Cancellarium* actae omnibus addito mandato, ex Regii Concilii sententia, ut omnia illa scripto comprehensa intra dies aliquot penes regium Concilium deponerent, commodum super omnibus responsum habituri.

Is fuit illius actionis exitus. Paruerunt status sed nondum responsum tulerunt. Speratur autem non iniquum fore.

Jam venio ad causam Religionis. Statuerunt initio Ecclesiae singulae [15]) binos legatos mittere, qui in hoc conventu publice, vel cum certae mortis periculo, Regi exponerent, in quanta calamitate immerito versarentur. Hoc cum rescivisset *Cardinalis* repente promulgandum illud edictum curarat quo, proposita supplicii poena vetabatur quisquam de religione verbum facere, cuius videlicet cognitio futurae Synodo integra relinqueretur. Ita sunt fracta nostrorum consilia, quibus nimirum nullus penitus locus relinqueretur. Ecce vero audita regis morte, omnium animi repente erigi coeperunt. Multi igitur variis locis in Aulam confluxerunt, qui *Navarrenum* officii admonerent, et libellos supplices *Reginae matri* exhiberent. Crevit quoque trium statuum legatis animus, atque ita factum ut nulla caussa frequentius vel majore contentione sit actitata. Illud autem vehementer nobis profuit, quod *Admiraldus, unus inter omnes proceres,* aperte veram religionem profiteri coepit, et modis omnibus ipse apud *Reginam* instare, ut nostri ratio haberetur. Neque illi difficile fuit *nebulonem illum Quintinum* retundere, adeo ut extremam infamiam metuens fuga sibi consuluerit. Valet enim vir ille πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων et zelo et prudentia maxima, et suam dignitatem egregie tuetur. Altera vero ex parte, certum jam est *Guisianos* paulatim deficere, et sua sponte concidere. Itaque Cardinalis cum tribus fratribus mox in *Lotharingiam* suam est discessurus. Ducem *Guisianum* puto adhuc in aula mansurum, sed spero Deum effecturum ut reipsa experiatur vetus illud proverbium, ἡ δη κακη βουλη τῳ βουλευοντι κακιστη. In summa tria petunt nostri:

Unum: ut in libera et sancta Synodo de **causa** nostra ex verbo Dei cognoscatur.

Alterum: ut captivi omnes vel propter Religionem, vel

15) Die reformirten Gemeinden nähmlich.

propter seditionem (ut adversarii nostri falso vocant) dimittantur sine ulla abjurationis specie, et superiorum omnium dictorum et factorum αμνηστια constituatur.

Tertium: ut tantisper dum de re tota semel decernatur, impune liceat nostris ad verbum Dei audiendum et administranda Sacramenta convenire, additis tamen conditionibus, quae Regis concilio placuerint, ut omnis suspicio seditiosorum conventuum tollatur. Hanc supplicationem, scribitur ad nos, Regina ex *Amyraldi manu* acceptam promisisse se Concilio exhibituram, et magna omnium spes est nobis omnia haec concessum iri, modo privatis locis et sine tumultu pauci simul conveniant.

Ad *concilium* [16]) quod attinet Pontifex ad proximum Pascha [17]) illud indixit. Fertur Regis Concilium petere conditiones quas certum est illud nunquam concessurum. Ita speramus fore ut evanescant illius conatus. Quod si qua libertatis species Gallis concessa fuerit, frustra certe ille suum concilium postea quibusvis conditionibus obtulerit, adeo omnibus patent illius imposturae. Sed quoniam adhuc omnia sunt in spe posita, rogandus est nobis Dominus si unquam aliàs, ut opus tam feliciter una ipsius manu inchoatum absolvat. De *Principe Condensi* nihil adhuc est constitutum nec constituetur, nisi dimisso statuum conventu. Facta est ei potestas eundi in *Picardiam* sub libera custodia. [18]) Inde non dubium est quin mox accersatur, et optima spes est, caussam ipsius, sicut justissima est, optimum exitum habituram. Servet Dominus ab hostium fraude et improbitate *Navarraeum* et omnes illos, quibus veritatem suam patefecit. Ita brevi futurum spero ut Gallia tandem Regem et nomine et re christianissimum habeat.

De rebus nostris aliunde ut opinor cognosces. Scripsi his diebus *Dialogos adversum Heshusium*, quos ad te mittam, favente Deo, simulatque fuerint excusi, ac fortassis jam mit-

---

16) Das zu Trident, welches wieder fortgesetzt werden sollte.

17) Ostern fiel im Jahr 1561 auf den 6. April.

18) Der neue Reichsrath, auf die Weigerung Condé's ohne gerichtlichen Entscheid das Gefängniß zu verlassen: que le prince, refusant de sortir pleinement sans sçavoir sa partie (de quoy personne ne se vanta, chascun rejetant le tout sur le roy defunt) iroit en une maison du roy de Navarre son frere tenir prison, mais si gracieuse que ses gardes luy protestèrent estre là non pour le garder, mais pour le servir en ce qu'il luy plairoit leur commander. Cela ne se fit pas sans autre grande promesse de la reine-mere, ... tant il y a qu'il se retira comme prisonnier premierement à Ham pres de Noyon et puis a la Fere. Hist. Ecclésiast. I. 406.

terem, nisi catarrhus, qui me pessime vexat, omnem scriptionis laborem coegisset intermittere, adeo ut ab octo diebus, nihil penitus praeter has unas literas et eas quidem invito medico, scripserim. Itaque te rogo, quando quidem per valetudinem non licet tam multa singulis amicis scribere, ut tum superiores meas literas, quas tibi *Linerus* noster reddidit tum etiam istas, cum Domino *Ambrosio Blaurero* quam primum fieri poterit, communices. Quod superest, Deum rogo ut sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. D. *Martyrem*, D. *Gualtherum*, D. *Gesnerum*, et ceteros plurimum observandos fratres rogo ut meo nomine salutes.

Rumor istic sparsus de mea in *Galliam* profectione vanus est, ut alia infinita, quae saepe in causa sunt cur rarius scribam, quoniam mira est hominum audacia in novis quotidie confingendis, et tacere malo ad tempus, quam cito vanus deprehendi. B. V. Genevae XXII. Jan. 1561.

Tuus Beza.

---

23. Jan. 1561. **Beza Ambrosio Blaurero.** Collect. Simler.

Praeivit igitur nobis in coelum, mi *Ambrosi*, *Volmarius* noster una cum uxore sicut e Gallia reversus cognovi et quidem maximo cum animi dolore. Ferendum est tamen, ut inquit ille, quod mutare non possis. Imo non tantum Patientia sed etiam gratiarum actione opus est in eo quod mutari non potest nec debet, quod justissima sit Dei nostri voluntas. Praeierit igitur ille nobis et gratam sui memoriam nobis reliquerit tantisper dum et ipsi, feliciter confecto vitae nostrae cursu, illum consequamur. Confido enim Dominum cui servimus nobis pro sua misericordia concessurum quod nos credere et sperare docuit. Ceterum de *Galliae* rebus multa quidem habui, de quibus ad te, post meum reditum scriberem, sed occupationes aliae ex aliis nascentes ita me oppresserunt ut neque meo officio neque tuo desiderio satisfacere potuerim. Ac nunc quoque perincommode factum est ut abhinc octavum diem ex catarrho decumbam, et ab omni scriptione ac lectione abstinere cogar. Scripsi tamen heri, frustra reclamante medico, ad D. *Bullingerum* nostrum prolixe de rebus omnibus. Quod jam pridem fecissem, nisi tam varia et tam incerta pleraque nobis essent nuntiata ut scribere pro certis puderet. Mira enim est hodie multorum impudentia in quibusvis pro suo arbitrio confingendis. Sed quae ad D. *Bullingerum* scripsi

certissima sunt. Rogavi autem illum ut binas meas literas ad te mittere non gravaretur quas a meo reditu ad illum misi. Ex prioribus omnem profectionis meae rationem, ex posterioribus quis nunc sit Galliae status abunde cognosces. Quidquid autem certi deinceps acceperimus, curabo, Deo favente, ut quam primum fieri poterit, intelligas, nec committam ut meam in scribendo diligentiam deinceps requiras. Scripsi paulo ante morbum [1]) duos adversus illum insanum *Heshusium* Dialogos quos ad te mittam simulatque fuerint excusi. Mire nos hic tenet suspensos Badensium comitiorum exitus, aperte bellum in nos moliente nostro Vicino. [2]) Is quoque non ita pridem *Valdensium* Ecclesias ita crudeliter vexavit ut quasdam etiam penitus everterit, reliquas suis pastoribus privarit, nihil denique tyrannicum in eas omiserit. Sed vivit Dominus qui requirit. Ad nos quidem quod attinet, Dei gratia jam obduravimus ad hujusmodi conatus et, Deo freti, speramus illum ruiturum in suam perniciem si in nos irruat. De meo in *Galliam* reditu miror tam vana potuisse tam cito et tam procul spargi. Ego, etsi spero cum aliis, Ecclesias aliquid in Galliis libertatis, aut saltem respirationis habituras, tamen non puto me illuc vocandum, nec sane eo proficisci desidero, nisi Deo ipso velut extrudente. [3]) Novi enim meos Gallos a quorum levitate plus ego metuo in pace quam in persecutionis fervore. Sed his omnibus providebit Dominus. Rogo te, mi pater, ut quod ad te pluribus non scribo meae valetudini imputes. Dominum precor una cum tota familia sancto suo spiritu dirigere et confirmare pergat; et cupio intelligere quomodo agatur cum meis discipulis, quorum hospes D. *Valerius* [4]) ad Dominum quoque migravit aestate superiore, paulo postquam *Rothomago* rediisset quo illum miseramus *Lausanna* ejectum. Et bonus senex non dubitavit extremo vitae tempore, temporalem vitam suam omnibus periculis objicere ut aliquos Christo lucrifaceret. Labor non fuit irritus ut res ipsa ostendit. Red-

---

1) Die Abfaſſung dieſer Dialoge fällt alſo in die letzten Tage des vorigen und in die erſten dieſes laufenden Jahres 1561.

2) Herzog von Savoyen.

3) Aus einem Briefe Calvins an die Gemeinde zu Paris, unter dem 26. Febr. 1561, (welchen wir mittheilen) ſcheint hervorzugehen daß bei dem unerwarteten Umſchwung der Dinge und um die Sache für die reformirten Kirchen ſo geſchickt zu benutzen als möglich, die Pariſer den Beza begehrt hatten. Was ihnen Calvin abſchlug.

4) Jacobus Du Valier. Er war mit Auguſtin Marlorat im Monat Juni 1560 nach Rouen gekommen. S. Hist. Ecclésiast. I. 308.

iit inde febricitans bona cum Ecclesiae venia et placide tandem in Domino obdormivit in testimonium illis qui quidvis potius quam veros Dei prophetas ferre maluerunt. [5]) *Viretus* noster jam pridem totus languet et nunc ex febri decumbit. Haec est merces servorum Domini in hoc misero et ingrato mundo. Bene habet quod merces est nobis in coelis reposita ubi Christus amplius non judicabitur sed omnes judicat. Sed ecce, Deus bone, quo tandem progrederer. Tu tamen, ut spero, ignosces. Bene Vale mi pater, et pro hac Ecclesia et aliis quotidie nascentibus Dominum precare. Dominus sit tecum. Genevae XXIII. Januarii (1561).

Tuus Beza.

---

24. Jan. (1561). **Beza Hallero.** Collect. Simler. Ex Biblioth. Carol. Turic.

S. D. *Calvinus* noster non aliter valet, quam consuevit, sed ita tamen ut minime sit otiosus. De *Rege* scio optimam spem esse et hoc tibi, ut certissimum, confirmo. Sed puer est et matrem habet. Ergo precibus opus est si unquam aliâs ut istos velut extremos in eo Regno Satanae conatus Deus infringat, quod etiam futurum spero. *Lugdunensis Ecclesia* mirum in modum quotidie augetur. *Occitani* Papistae [1]) ausi sunt petere in aula, ut ministri ejicerentur quasi ex communi ejus regionis consensu, acerbe sunt a Rege palam excepti et paucis *edictum* [2]) jussi observare. Additum etiam ab ipso Rege, capitale fore, si quis deinceps aliquid ejusmodi in regio consilio proponere auderet. Genevae XXIV. Januarii (1561).

---

5) Das gilt die Lausanner welche sich keiner Kirchendisciplin unterwerfen wollten, wie wir diese Geschichte im letzten Capitel des zweiten Buches erörtert.

1) Das Factum von dem hier die Rede muß natürlich in die Zeit des Aufenthalts fallen den Karl IX. der Generalstaaten wegen zu Orleans bis zum Ende Januars machte. Die papistae Occitani sind wahrscheinlich die schon früher durch den Einfluß der Guisen gewählten katholisch gesinnten Abgeordneten aus Languedoc.

2) Durch Majestätsbriefe vom 7. Jan. 1561 hatte der König das den Hugenotten nicht gar zu ungünstige, obgleich immer noch sehr harte, Edict von Romorantin wiederum frisch in Kraft gesetzt.

---

26. Febr. 1561. **Calvin aux frères de Paris.** Collect. Simler. Ex copia Eccles. Bernens.

Messieurs et bien aimez frères, je croys que l'un de nos amis vous aura porté lettres et vous aura fait excuses de bouche, pourquoy nous ne pouvons plus satisfaire à votre desir, quant à vous envoyer l'homme que demandez: car pour le premier il y a l'un de nos compagnons en voyage; [1]) Et de nous dépourvoir de deux tout à coup, ce seroit un peu trop, vû qu'il y en a une partie de malades, pour lesquels il faut supleer comme s'ils etoient absents. Et combien que je ne fasse que me traîner, si faut il que je sois quasi le plus robuste par force; il nous semble aussi que vous devriez avoir quelque egard aux menaces qui nous ont eté faites, lesquelles sont assez rudes et violentes pour etonner beaucoup de gens. mais encore celui que vous demandez est retombé malade de nouveau, [2]) tellement que quand nous voudrions eclater contre la foudre, il lui est impossible de Marcher. [3]) Quant au conseil que vous requerez de nous, iusques ici nous n'en avons point ouï parler, combien que par le bruit commun nous avons entendu qu'on se devroit assembler, [4]) nul n'a fait semblant qu'il fut besoin nous en avertir. Or de nous ingerer, nous ne savions s'il etoit bon, pour ce qu'il y a beaucoup de têtes difficiles à gouverner: maintenant nous vous disons en brief ce qu'il nous semble, c'est que vous n'avez point à vous soucier du péril, pour y envoyer ni confession, ni protestation, premièrement d'autant qu'elle ne seroit pas reçue et n'y auroit point de moyen de la presenter: et combien qu'il se put faire vous donneriez occasion d'emouvoir grands tumultes sans profit, car les ennemis auroient belle couleur de se ruer sur vous à toute outrance comme ayant la paix en proye: davantage vous devez laisser écouler le péril pour ce qu'il y aura assez d'autres opposans, et lesquels possible tchercheront par delà qui les accompagne avec autorité, quand vous aurez pensé de pres

---

1) Nicolaus Gallasius oder Des Gallars, welcher der französischen Kirche zu London für einige Zeit war gewährt worden.

2) Beza Joanni Wolphio, 25. März 1561: Jam tertius mensis ex quo perpetua in pulmones defluxione laboro etc. etc.

3) Dieß geht wohl auf Beza den die Pariser begehrt hatten. S. Beza Blaurero. 23. Jan. 1561.

4) Es ist hier von der Versammlung der Prälaten in Frankreich die Rede welche in der Versammlung vorigen Jahres zu Fontainebleau beschlossen worden war.

à tout, vous trouverez qu'il n'y a ni ouverture ni fondement et qu'en cet endroit il nous faut tenir cois, il y a autre raison, quant aux états, [5]) car il faudra essayer tant que pourrez de faire remontrer, que le concile [6]) n'est ni catholicque ni legitime, vû que ce n'est qu'une continuation de ce qui a eté fait par ci devant, pour ratifier les resolutions pleines d'erreurs et blasphemes, et toutes contraires à la parole de Dieu: Et il n'y aura aucun lieu ni liberté de connaitre des matieres qui sont en different, ni obtenir quelque bonne reformation des abus: comme aussi le pape ne cherche point de remedier aux necessitez de l'Eglise, mais seulement de maintenir son règne; et pourtant qu'il est besoin que le Roy avec son Conseil y pourvoye d'une meilleure façon, sans attendre à ceux auxquels il ne chaut de mettre son état et tous ses pays et sujets en Confusion et ruine, moyennant que rien de leur profit ne se diminue. Cela se pourroit toucher en forme plus douce. Dieu Vous y veuille donner Conseil: Des autres points que vous aurez à demander: la déliberation en depend de l'état que bien voyez et qui sera pour lors, combien que la fin devra toujours tendre et simplement se rapportera à ce qu'il y ait quelque permission passable et que les pauvres innocents ne soyent molestez ni affligez et qu'on ne fasse epandre le sang à credit comme parcidevant. Vous aviserez aussi de faire efforts equitables qui soyent pour vous donner à impetrer votre requete. De s'egayer beaucoup et occuper les temples, vous savez que ce n'a iamais été notre avis, si non par congé quand on l'a fait, c'a été en nous meprisant, Si On continue, nous laissons les evenements en la main de Dieu. Nous craignons que cette chaleur ne soit refroidie de quelque dur orage. Sur quoi après nous être recommandez à vous et à vos bonnes prières, nous supplierons le Père celeste vous tenir en sa garde, vous fortifier par la vertu de Son Esprit, vous adresser en toutes affaires et vous y donner issue heureuse. Ce 26 Fevrier 1561.

---

5) Die Generalſtaaten welche auf den 1. Mai nach Pontoiſe verlegt waren, aber erſt am 23. Aug. zu St. Germain eröffnet wurden.

6) Das Concilium zu Trident welches der Papſt wieder ausgeſchrieben hatte, um wo möglich das Nationalconcilium von deſſen Berufung man in Frankreich ernſthaft ſprach, zu verhindern.

27. Febr. 1561. **Beza Rudolpho Gualthero.** Collect. Simler. Exautographo.

Quamvis et nos multis et variis negotiis distringeremur quum nobis redditae sunt *Stancari* literae cum magno librorum fasce nec sperare ausimus nostrum hunc laborem magnopere profuturum, tamen ne quem videri possimus contempsisse atque adeo ut quis sit nostrarum Ecclesiarum consensus magis ac magis intelligatur non piguit totam hanc molestiam devorare. Scripsimus igitur paucis quae sit nostra opinio de hac controversia, i. e. prius nostrum scriptum quod nuper editum est [1]) iterum confirmavimus, utinam, vel qui *Stancarum* fovent incipiant agnoscere quid monstri alant, vel ipse potius ad modestiam flecti possit, quod quidem vix ab eo impetrabitur, qui omnes ita prae se dispiciat ut pietatis aut timoris Dei ne mica quidem in eo appareat. Sed Dominus ista quoque proculdubio suo tempore compescet. Aspergunt fratres Polonos gravissimae haereseos nota, quasi videlicet tres Deos constituant et nobis certe dolet illos nonnullam huic suspicioni occasionem praebuisse, excepto atque etiam in Seniorum numerum allecto *Georgio Blandrata,* impurissimae doctrinae homine. Sed tamen absit huic delationi fidem adhibeamus. Itaque de hac accusatione ne scribendum quidem fratribus putavimus, ne novis controversiis occasionem praeberemus. Scripsimus autem ad *Stancarum* et D. *Stanislaum* [2]) literas quam modestissimas fieri potuit, sicut etiam in toto nostro responso conati sumus eam moderationem servare quae ad sarciendam in veritate concordiam maxime nobis visa est accommodata. Mittimus quoque ad vos nostri responsi exemplar, sicut petiistis ut quoad ejus fieri potuit, unanimi consensui, sicut recte monetis, studeamus. Caeterum de rebus nostris: pergunt hostes nobis minari et nos, Dei gratia, pergimus sperare futurum ut Deus superbo resistat. Ferunt *Ducis Sabaudiae* praesidia quae in *Valle Angroniana* collocarat, *Valden-*

1) Dieß bezieht ſich auf einen gemeinſchaftlichen Brief der Genfer Kirche an die Polen vom 9. Juni 1560. Er wurde dann der Schrift Calvins gegen Heßhuſius: Dilucida explicatio sanae doctrinae de vera participatione carnis et sanguinis Christi in sacra coena, welche Anfangs 1561 erſchien, beigedruckt. S. 101—106.

2) Stanislaus Matthäus Stadniki ein adelicher Herr in Polen hatte den Stancarus in Schutz genommen, obgleich die Synode zu Xion 1560 ſeine Lehre verdammt hatte. Calvin hatte an dieſen Herrn am 26. Febr. 1561 alſo am Tage vor der Abfaſſung dieſes Briefes ein warnendes Mahnungsſchreiben wegen Blandrata und Stancarus ergehen laſſen.

sibus provincialium vicinorum copiis adjutis ad internecionem caesa. [3]) Sed de re tamen non plane nobis constat. In *Gallia* dilatus est statuum conventus ad Calendas Maji. Ibi speramus fore ut libere proponatur Ecclesiarum causa. *Lotharingus Cardinalis* ab aula discessit fortassis ut ad futuram Synodum se comparet.

Galliae Ecclesiae incredibili studio promoventur. Vetuit Rex ne quis propter religionem ullas excitet contentiones, quod Pontificios valde urit. Jussit quoque sed privatis ad singula regni subsellia literis, ut qui religionis causa sunt capti sine ulla mora liberi omnes absque ulla abjuratione dimittantur et jam plerisque locis vacui sunt carceres. [4]) Sed tamen non desunt qui recusent parere, quoniam publicae non sunt literae et authentico magno, quod vocant, sigillo obsignatae. Sed speramus futurum ut tandem et isti regio mandato pareant. Haec tantum habui in praesenti quae ad te scriberem si hoc unum addidero Principis videlicet *Condaei*, qui est *Navarri* regis frater, et tanquam *Ambosiani* tumultus author accusatur, negotium esse Parisiensi Senatui commissum. Tenentur etiam alii aliquot nobiles [5]) captivi ob eandem causam. Utinam Dominus eorum innocentiam tueatur quos rogamus etiam atque etiam ut vestris precibus dignemini Deo commendare. Quod superest, fratres ac Symmystas, imprimis D. *Bullingerum* et D. *Martyrem*, rogo ut omnis hujus Ecclesiae nomine salutes. Dominus Jesus te servet cum tuis fratribus et vestris sanctis laboribus magis ac magis benedicat. Vale, Genevae 27 Februarii (1561).

Tuus Beza.
scripsi ex collegarum mandato.

---

3) Die an das Romanhafte grenzenden Heldenthaten dieſer glaubensmuthigen Bergbewohner kann man mit allen den charakteriſtiſchen Einzelnheiten nachleſen in Hist. de Martyrs. Edit. 1619. Fol. 593 u. fol.

4) Dieſes Edict wurde am 28. Jan. 1561 gegeben. S. Hist. Ecclés. I. p. 814.

5) Seine Schwiegermutter die Frau von Roye, der Parlamentsrath La Haye, Jakob de la Vigne, der ſchon am 7. Decemb. 1560, zwei Tage nach Franz II., in Folge ſeines harten Gefängniſſes in der Baſtille verſtorbene Franz von Vendosme, bekannter unter dem Titel Vidame de Chartres u. ſ. w. Hist. Ecclés. I. 292 u. fol.

25. März 1561. **Beza Joanni Wolphio.** Collect. Simler. Ex autographo.

Acceptis literis tuis, frater plurimum observande, nihil nobis fuit antiquius, quam ut iis prospiceretur de quibus ad nos scripsisti. Non licuit tamen nobis tam cito quam cupiebamus satis commodum et idoneum hospitem illis nancisci. Etsi enim multi jam exules in Galliam sunt reversi, tamen ita frequens est adhuc civitas ut plerisque sit satis vel qualecunque hospicium habere. Huc accessit aliud incommodum, quod in ea, quae apud nos est, vini praesertim caritate, tenuis est admodum viginti coronatorum pensio. Itaque illis suasi, ut conducto cubiculo suis sumptibus viverent. Dabitur autem a nobis opera, favente Deo, ut et vestro desiderio satisfiat, et iis adolescentibus nihil desit quod ad eorum adjuvanda studia et vitam sancte instituendam pertineat. Nec dubitamus quin vos quoque vicissim, pro mutua nostrarum in Christo Ecclesiarum conjunctione maxime habeatis commendatos qui a nostris istuc sunt missi ac deinceps etiam, ut spero mittentur. De rebus nostris. Jam igitur tertius mensis ex quo perpetua in pulmones defluxione laboro, qui morbus jam ita est mihi factus familiaris ut pene ignorem quae sit melior valetudo. D. *Calvinus* noster pergit suo more per quotidianas mortes ita vivere ut nihil sit eo valentius. Caetera recte habent, *Sabaudus* tres insignes clades accepit a Pedemontanis nostris *Valdensibus* quos ad ultima consilia descendere coegit extrema sua crudelitate. Nunc reparat exercitum. Fertur tamen *Nicaeam* revocari communi totius *Italiae* terrore ad Turcici adventantis exercitus rumorem. Sic fiet fortassis ut Davidem liberent Philistim. Sed, etiamsi re ipsa nos aggrediatur, speramus eum nobis non defuturum qui superbis resistit. In *Gallia* videntur omnia ad civiles discordias tendere, nisi Dominus adversariorum audaciam incredibilem fregerit. Etsi enim *Navarrenus*, more majorum, administrat summa rerum, tamen nimium multa concedit Reginae quae a *Guisianis* avelli non potest. Dimissi sunt tamen passim captivi ex Regis mandato. [1]) Absolutus quoque est *Princeps Condaeus*, [2]) Navarreni frater et in intimum Concilium receptus, quae res magnam nobis spem facit fore ut brevi floreant Ecclesiae, frustra urgente Satana et omnibus ejus asseclis. Deprehensus est

1) Vom 28. Jan. 1561.

2) Dieſe Freiſprechung geſchah zuerſt durch den Reichsrath 13. März 1561. S. Hist. Ecclésiast. I. p. 463.

Aureliae nebulo quidam, a *Sorbonistis* missus ad sollicitandum *Hispanorum Regem* adversus haereticos quos vocant. Repertae etiam literae quibus nihil non illi pollicebantur si causam ipsorum armis defendendam susciperet. Hinc certum est magnos aliquos motus exorituros, quoniam fieri non potest quin multi reperiantur hujus conjurationis socii. [3]) *Gallicae Ecclesiae Pictaviis* synodum coegerunt cujus eventum expectamus. [4]) In *Aquitania* multae jam civitates aperte Evangelium profitentur, magistratu non modo non repugnante, sed etiam palam favente adeo ut nostras partes ne numero quidem hostibus inferiores plerisque locis arbitrentur. Ex Proceribus *Amiraldus* palam noster est. Alii aliquot missae valedixerunt, *sed aliud est Christianum esse quam Papistam non esse. Lotharingus Cardinalis* apud suos Rhemos fertur quadragesimam concionari. Vociferantur undique Monachi et nullum non lapidem movent ut plebem ad seditiones excitent. Calendis Maji indicti sunt *Regni status* a quibus videtur nunc pendere omnium istorum tumultuum eventus. Utinam adsit suis Dominus et adversarios ad extrema sese comparantes compescat. Utcunque res cadat incredibilis est Ecclesiarum progressus et tanta ubique fidelium alacritas ut nihil jam videatur posse impedire regni Dei manifestam promulgationem, si peccata nostra excipias. Haec habui, mi frater, quae nunc ad te scriberem. Bene Vale cum caeteris fratribus ac collegis plurimum in Domino observandis. Dominus Jesus tibi ac laboribus tuis magis ac magis benedicat. Genevae XXV. Martii 1561.

Tuus Beza.

---

24. Maji 1561. **Calvinus Bullingero.** Collect. Simler. Ex archiv. Eccles. Bernens.

Quod rarius ad te scribo, clarissime vir et integerrime frater, mea negligentia interdum fieri non nego. Vere tamen

3) Der nebulo, der hier gemeint iſt, heißt Artus Désiré, prêtre rimailleur. Die ganze Geſchichte dieſer damals ſchon beginnenden ſpaniſchen Verſchwörung ſiehe Hist Ecclésiast. I. p. 730. Er hatte im vorigen Jahre 1560, um ſich an den Reformirten zu reiben und die Gunſt der Guiſen und ihrer Parthei zu verdienen eine Ueberſetzung der Pſalmen herausgegeben, die längſt vergeſſen iſt, unter dem Titel: Contrepoison des cinquante deux chansons de Clement Marot faussement intitulés par luy Pseaumes de David par Artus Desiré. Paris. 8°. V. Oeuvres de Cl. Marot. La Haye 1731. 8. T. I. p. 120.

4) Dieſe Synode wurde am 10. März unter dem Vorſitze le Bailleurs abgehalten. S. Aymon Synodes Nationaux. T. I. p. 13.

asserere licet vix tertium quemque diem effluere quo non aliquid scribere cupiam si ad manum esset occasio sed toto fere mense nemo ad vos profectus est, cui tuto literas darem. Legatus quidem Regis [1]) suam operam pro veteri nostra amicitia obtulit sed vix audeo fidere, nisi major necessitas urgeat. Quantumvis enim sit vir probus, persona quam sustinet cogit eum saepe oblivisci quod Christo debeat. Nunc per *Linerum* nostrum prolixius scripturus eram, si passa esset valetudo, sed acrius me infestavit lateris dolor quam ut ferendo labori par essem. Quod *Vergerius*, captandi lucri caussa, Nepoti suo legationem obtinuit ut aliquid turbaret ardelionis impudentiam, mecum securus rideas volo, aut nulla stabilietur in *Gallia* religio aut hoc manebit doctrinae caput salvum. Utinam in ipsa summa tantum esset fiduciae.

Rex Navarrae non minus segnis aut flexibilis quam hactenus liberalis est promissor; nulla fides nulla constantia, etsi enim videtur interdum non modo viriles igniculos jacere sed luculentam flammam spargere, mox evanescit. Hoc quando subinde accidit non aliter est metuendus quam praevaricator forensis. Adde quod totus est venereus. *Matrona* [2]) autem exercitata in his artibus e suo gynaeceo protulit quod ejus animum irretiret. Fabula haec in ore quoque puerorum volitat. Non minus libere ac severe de his ipsum increpui quam unum quemlibet e grege nostro. *Beza* nihilo mitius eum tractavit. Sed nostras objurgationes dum patienter devorat, nec excandescit, putat se quodammodo defunctum. Unius *Admiraldi* fides nobis est certa; strenue quoque in eo animando laborat collega noster, quem ad eum misi; nullo in consilium adhibito, ne qua invidiae pars in Senatum recideret. Palam maxima frequentia non procul a Regis palatio concionatur. Clamitant omnes adversarii, non ferendam esse audaciam. Regina blande, ut desistat, precatur sed nullo profectu. Statuit quidvis experiri quam retro flectere, quinetiam Reginae dicere non dubitavit inania fore omnia remedia, nisi ego accersar. Incredibile vero est quam fervido impetu nostri ad majores progressus festinent. Non minori studio postulantur undique a nobis pastores quam ambiri solent sacerdotia in Papatu. Januam meam obsident qui eos deducant ac si more aulico supplicandum mihi foret, contenduntque inter se pia aemulatione ac si tranquilla esset Regni Christi possessio: ac nos quidem quoad licet obtemperare cupimus eorum votis

1) Coignet.
2) Catharina Medicaea, Regis Mater.

sed sumus penitus exhausti, imo pridem ex opificum tabernis librariis exprimere coacti sumus, si qui reperiebantur leviter tincti literis et pietatis doctrina. Nobis quidem impetus displicent quos moderari plus quam difficile est. In multis oppidis, quia nullae privatae aedes multitudinem caperent, templa sibi sumpserunt. Et quamquam absque tumultu passim in *Aquitania* concionantur, mallemus tamen sequutos esse quod semper nobis utilius visum est. Neque terrentur atrocibus edictis quibus *Rex* jubet funditus dirui omnia aedificia in quibus conventus habitus fuerit, et in omnes qui convenerint animadverti tanquam in seditiosos. Verum *Aquitaniae* major est libertas. *Curia Parisiensis* quae hoc extremum edictum extorsit, fulminat in nostros quanta maxima potest formidolosa violentia. In viginti urbibus aut circiter trucidati fuerunt pii a furiosa plebe. De caedibus nulla habita quaestio nisi *Bellovaci*,[3]) atqui *Lutetiae* quum tumultuose aggressa plebs fuisset aedes cujusdam viri nobilis et cordati,[4]) ac ope amicorum adjutus repulisset procellam illam, quia duodecim occisi fuerunt, quadraginta vulnerati, mox decretum interpositum ut citaretur et nisi se sisteret trinundino damnaretur absens. Nunc certe rogandi Dei tempus est si unquam fuit, ut gregis sui memor ad sedandas procellas mirabiliter ac cito accurrat. Forte brevi aliqua in melius conversio nuntiabitur. Verum si fiet agnosces miraculum. Interea ad pejora ferenda nos paratos esse oportet. XXIV. Maji 1561.

---

24. Mai 1561. **Beza Bullingero.** Mss. Genevens.

Haec habui quae nunc ad te scriberem. Eram autem haec eadem in meis ad D. *Blaurerum* literis repetiturus, nisi futurum sperarem ut ista omnia non invitus cum eo communices, quod quidem ut facere non graveris a te vehementer peto. *Navarrenus* officii sui a me admonitus, humanissime rescripsit et *nationalis quod vocant concilii spem facit.* Sed in

3) Der Aufſtand zu Beauvais (6. April 1561) wurde durch des Cardinals von Chatillon, Biſchof von Beauvais, Communion unter beiderlei Geſtalt veranlaßt. Der Admiral Coligni, Bruder des Biſchofs, betrieb die Beſtrafung. S. Hist. Ecclésiast. I. 457. Mém. de Condé II. p. 11. De Thou (Trad. franç.) III. p. 51.

4) Das war Michael Gaillard Herr von Longjumeau. Der Aufſtand und Proceß deßwegen ſteht in Mém. de Condé I. p. 26. II. p. 341 u. fol.

isto rerum statu nihil certi ausim de his rebus mihi polliceri. Tantum rogo ut Deus Ecclesias nascentes corroboret, quod si obtinuerimus, coetera fuerint confecta. B. V. mi pater. Dominus Jesus te servet incolumem et sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Genevae 24. Maji 1561.

Tuus Th. Beza.

---

14. Juli 1561. **Ecclesia Parisiensis ad Bezam.**

Etsi non dubitamus, quin magis te commoveat praesens necessitas, quae tui praesentiam penitus requirit, quam omnium hominum preces: tamen putavit tota nostra Ecclesia, a te petendum esse etiam atque etiam, ut nobis id concedas, de quo communes literas ad vestrum coetum scripsimus. Si hoc a te impetraverimus, Deo gratum feceris nosque omnes atque adeo quotquot in hoc regno sunt veram fidem amplexi, insigni beneficio tibi devinxeris. Nos vicissim tibi omne nostrum obsequium libenter offerimus et plurimum te salvere jubemus, simulque, Domine et frater plurimum nobis colende, Deum precamur ut animum tuum ad nostras preces inflectat, teque incolumem conservet ac suis donis magis ac magis locupletet. Lutetiae XIV. Julii 1561.

Fratres ad omne obsequium parati,
Ecclesiae Parisiensis ministri et Presbyteri.

Riverius omnium nomine
subscripsi.

---

15. Juli 1561. **Condaeus Bezae.** Mss. Simler.

Visum est optimo Deo nostro Regnum hoc intueri oculis clementiae et misericordiae suae, adeo quidem ut negotium Religionis eo usque redactum sit, ut suscepta sit de controversiis omnibus cognitio. Necesse est autem ad eos refellendos, qui puram religionem oppugnant, ut operam suam huc sedulo conferant, quicunque Donum sapientiae et eruditionis a Deo acceperunt. Haec caussa est cur ego, cui minime obscurus est zelus, quo Regnum Christi et Evangelium ipsius prosequeris, has meas literas adjungere voluerim iis, quas ad te iisdem de Rebus, Rex, frater meus, et alii aliquot clarissimi et opti-

mi viri scripserunt. Etsi enim potuisti ex eorum literis abunde intelligere, quae sit hac in parte regii Consilii deliberatio, et quantopere in hoc colloquio requiratur tui praesentia, putavi tamen me facturum operae pretium, si ego ipse te vehementer rogem, ut simulatque ista cognoveris, iter ad nos et totum hunc ornatissimum coetum suscipias. Hoc enim tibi affirmo fore ut perlibenter et peramice ab omnibus excipiaris, quod ipsum tibi privatim syncere et ingenue de me polliceor. Non utar pluribus verbis quoniam dubito, quin rem tam aequam et tam sanctam facile et ultro precibus nostris a te impetrari sinas, et ea quoque benevolentia, qua te privatim complector, facit, ut, nescio quo modo, mihi omnino ita fore persuaserim. Quod superest Deum precor, mi Beza, ut magis ac magis tibi benedicat. Lutetiae 15. Julii.

Tibi integerrimus amicus
Ludovicus Borbonius.

---

15. Juli 1561. **Amiralius Bezae.** Mss. Simler.

Quoniam idoneus est hic nuntius ad ea omnia tibi explicanda, quae pluribus verbis indigerent, ideo paucis scribo. Tantum rogo ut fidem habeas iis omnibus, quae praesens hic tabellarius tibi meo nomine significabit. Precor Deum, mi D. a Beza, ut te suo praesidio tueatur.

Ex Castro Sti Germani 15. Juli 1561.

Quamvis nec manum meam, nec subscriptionem noris, nolui tamen propterea differre, quo minus ad te scribam.

Tibi integerrimus amicus
Chatillon.

---

16. Juli 1561. **Rex Antonius Bezae.** Mss. Simler.

Quoniam Dominus *Amiraldus* totum hoc negotium in se recepit, non utar pluribus verbis. Hoc igitur unum ex his literis intelliges, nullum hic te amicum habere, cui gratior futurus sit tui conspectus quam mihi. Certe quacunque in re tibi prodesse potero, libenter id fecero. Deum precor ut tibi cum bona valetudine properum quoque tuorum desideriorum successum largiatur.

Ex Castris S. Germani 16. Juli 1561.

Tibi amicissimus
Antonius.

---

21. Juli 1561. **Genève à Zuric.** Mss. Turicens. Collect. Simler.

Magniffiques, puissans et très redoutés Seigneurs bons voisins et très chers Amys. Nous nous recommandons de bien bon coeur à vos bonnes Graces.

Magniffiques Seigneurs, Vous entendrés par Spectable *Théodore de Besse*, ministre de la Parolle de Dieu en nostre Eglise la cause de son voyage, c'est pour Vous prier de permettre à Spectable *Docteur Pierre Martyr* de faire ung voiage en *France* pour se trouver en une assemblée qu'il vous dira. Combien qu'il y ait lieu de l'inadvertence, en ce que le *Roi de Navarre* ne vous a point escript non plus qu'à Nous. Nous vous prions de supporter cela comme nous avons faict pour le bien commun de la Chrestienté, car il ne fault point defaillir à cette occasion et oultre ce que Dieu y seroit offensé, et la pauvre Eglise en souffriroit dommage, nous aurions regret tout le temps de nostre vie de ne nous estre point emploiés au besoin. Il nous fault aussy, donner garde que les commencemens soyent bien dressés et qu'il n'y ait point une refformation fardée et qu'on n'introduise point mauvaise doctrine qui corrompe la simplicite de l'Evangile. Mays pour ce que nous scavons, que Vous estes aultant affectionnés en ceste cause que Nous, il n'est ja besoin de Vous en tenir plus long propos, par quoi, magniffiques Seigneurs, Singuliers amys et bons voisins, nous ferons fin à la présente après avoir prié Dieu Vous tenir en Sa protection et Vous maintenir en tout bien et prosperité. 21e de Juillet 1561.

Les Syndiques et Conseil de Genève,
vos bons voisins et amys.

Aux magniffiques puissans et trés redoutés Seigneurs, les Seigneurs Bourguemaistre et Conseil de la Ville de Zurich nos bons voisins et trés chers et Singuliers amys.

---

30. Juli 1561. **Geleitsbrief für Peter Martyr.**[1]) Mss. Turicens.

Charles par la Grace de Dieu Roy de France A tous noz lieutenants Gouverneurs, Bailliz, senechaus, prevosts, Juges

Si valetis Domini Colendissimi bene est. ego quoque valeo una cum meis. *Neuburgum* venire non potui ad condictum diem, nempe Jovis, qui fuit XXVIII. hujus mensis, quia in itinere, hoc est inter *Lansbergum* et *Arburgum* obvium habui filium Illustrissimi Legati, [1]) mihique significatum est non quidem literis, verum aperto sermone, ut in itinere declinarem *Solodurum*. Parui (ut arbitror) bene monenti. sed via reddita est longior, et oportuit me Berna transire, quo cum circa Meridiem pervenissem, ibi mansi ea nocte, ut Equi recrearentur, et aliqua corporibus daretur quies. A Ministris autem verbi et bonis doctisque Viris, et a Senatore nomine Consulis ac Dominorum sum exceptus honorifice publico vino etiam donatus. Ne vero D. Legati Societate destituerer, illi significatum est nuntio celerrimo, ut adhuc Neuburgi dignaretur crastino die subsistere, S. XXIX, qui est Veneris, quod omnino tunc essem adfuturus. His auditis expectavit ille quidem usque ad Meridiem eius diei, postea discessit. Unde *Neuburgum* veniens eum ibi non deprehendi. Verum adfuit ejus familiaris, qui significavit, eum tam lente constituisse procedere, ut cras,

1) Coignet, französischer Gesandter bei den Eidgenossen.

i. e. die Sabati qui est XXX^us huius mensis ipsum omnino sim consequuturus. Haec scribere volui noctu, et raptim, ne mea ignoretis. Quod ut Vobis jucundum (quemadmodum spero) erit auditu, ita mihi scriptu est admodum gratum, et opto, ut sicuti nunquam in praecibus meis vestrum obliviscor, ita nunquam, praesertim hoc tempore, a vestris destituar. Bene valete pii ac praestantissimi Domini.

Neuburgi XXIX Augusti. Noctu.

Vestrum omnium
Civis obsequentissimus.

Petrus Martyr.

---

30. Aug. 1561. **A Monsieur d'Espeville à Villefranche (Beza Calvino.)** [1] Mss. Genevens.

Ex quo ad te scripsi nihil fere novi incidit quod non possis ex aliis copiosius intelligere. Nam quia domi nos continemus, nihil istorum nisi ex aliorum sermonibus accipimus. Ego quotidie concionem habui in *Principis* aedibus, tanto hominum concursu ut paene opprimeremur. Heri N. cum Pr. et A. [2]) expeditis equis obviam ierunt *reginae Navarrenae* quam intra triduum avidissime expectamus, ut torpentes excitet. De nostro negotio nondum audivimus quid sit constitutum, i. e. quando et quibus conditionibus simus audiendi. Adversarios alii ajunt esse ad disputationem paratos, alii negant. Nos interea Deum precamur assidue et quantum fieri potest ad omnem occasionem sumus intenti. *Sed non* [3]) *possum dissimulare*, me quoties in nostras copias respicio quae sane ut prorsus nullae sunt vel perexiguae, pene sollicitudine confici. Una spes est mihi in Deo, cujus causam bona conscientia tuemur. Ah quoties ego te, mi pater, et dies et noctes requiro, et quantopere vereor ne sit nobis iratus Dominus vel ob eam causam quod ipsi nobis malimus patronos eligere, quam ab ipso oblatos accipere! Sed profecto inanes non erunt absentis preces, quando quidem eo sum redactus ut tam necessario tempore, frui praesente non possim.

---

1) Auch dieſer Brief findet ſich in Beza's Ausgabe der Briefe Calvins p. 252, aber bedeutend caſtrirt.

2) i. e. *Navarrenus* cum *Principe Condensi* et *Amiralio*.

3) Von Sed non — praesente non possim nicht im Abdrucke Beza's.

Si *Martyr* noster venerit in tempore, i. e. si valde festinarit magnopere nos recreabit ipsius adventus. *Erit enim nobis negotium cum veteranis sophistis, et quamvis confidamus fore ut vincat simplex verbi veritas tamen non cujusvis est illorum strophas statim diluere et patrum dicta regerere:* et ita illis respondendum erit ut simul circumstanti Principum et aliorum ordinum coronae appareat nos nullo modo tergiversari. Denique quum in istas difficultates intueor, valde sum anxius et magnopere in eo peccatum conqueror quod neglectis excellentibus Dei organis quodammodo videamur ejus bonitatem tentare. Interea tamen decrevimus pedem non referre, et in eo confidimus qui nobis sapientiam promisit cui mundus resistere non possit. Ex episcopis audimus nonnullos nobis iniquos non fore. De quibusdam Theologis idem nobis pollicemur, sed ii fortasse nobiscum non committentur. *Cardinalis* fortiter jactat me primo statim congressu a se superatum, sed a gravissimis testibus refellitur. [4]) *Augustanam Confessionem* habet in ore, de qua etiam seorsim rogatus a *Doctore Botellerio*, an eam possemus admittere, plane respondi non posse in quibusdam, nisi plana et perspicua addita interpretatione. *Tu vero* [5]) si quid hic nobis consilii suggerendum putas, rogo ut tempestive i. e. primo quoque tempore id facias, ne per imprudentiam peccemus. Nihildum nobis responsum est ad eas conditiones quas postulavimus, de quibus utinam etiam scripsisses quid tibi videatur, ne vel si nimium [6]) urserimus tergiversari videamur et congressum defugere: vel si quid remiserimus praecipites eo ruamus unde non possimus nos extricare. Denique mi pater, quando quidem praesens nondum potes absens ut pueros et consiliis et modis omnibus nos regito. Nos vero plane pueros esse quotidie video et sentio, ex quorum ore sperem futurum ut Dominus ille noster admirabilis sapientiae suae laudem perficiat. Bene Vale mi observande pater, una cum fratribus et amicis omnibus, quos una tecum cupio magis ac magis a Domino benedici et incolumes confirmari. Iterum Vale. Ex *S. Germano* 30 Augusti.

Tuus Beza.

---

4) Car le lendemain le bruit courut par toute la cour que le *Cardinal* avait de prime abord confondu et reduit de Bèze. Ce que le Connetable ayant dit à la Reine à son disner, comme s'en rejouissant, elle lui dict tout hautement, comme celle qui avait assisté, qu'il estoit très-mal informé. Hist. Ecclésiast. I. p. 497.

5) Von Tu vero — quid tibi videatur nicht im Abdrucke Beza's.

6) Anſtatt: ne vel si nimium etc. etc. im Abdruck: si non urserimus tergiversari videbimur et congressum defugere etc. etc.

Privilegium *Psalmorum* brevi me habiturum spero, quod statim istuc mittam. Totus fratrum coetus te salutat, i. e. *Marlor(at). Sampaul. Merl(inus). Virellus. Galasius.*

---

12. Septemb. 1561. **Beza ad Calvinum.** Mss. Genevens.

S. Nudius quintus literas tuas priores accepi, heri alteras, utraeque nobis graves doloris caussas praebuerunt quum hic alioqui non deesset quod nos exerceret. Nempe haec nostra conditio est ut alii aliorum morte non minus quam vita erudiamur. De nostro *Varenio* nescio quid sinistri mihi discedenti praesagiebat animus, quod potuisti, opinor, ex superioribus meis literis omnibus intelligere. [1]) Sed quando tam beate a nobis migravit gaudeo me sinistrum vatem fuisse. Neque enim ei mali quippiam accidit, praeter hoc unum fortassis quod moriens tot amicos insigni dolore affecit, quos vivus nunquam offenderat. Praeierit igitur ille nobis feliciter, quem utinam brevi consequamur.

De rebus nostris sic accipe. Meum illum *fraterculum Cardinalem* [2]) ab eo tempore non conveni, nec me amplius conventurum puto. Die hujus mensis *septimo* [3]) cum nullum adhuc responsum a Regis consilio super futuris colloquii conditionibus obtinuissemus, et nonne ingrediendum esset, eo deventum est ut necesse fuerit nos parenti *Reginae* testari statim discessuros nisi nobis adversus hostium audaciam caveretur. Neque enim obscurum esse quid illi molirentur, nempe ut quasi rei ad dicendum caussam citati mox ab eis damnaremur. Paratos quidem nos esse veritatem intrepide tueri, sed ea conditione ut illos pro adversariis non pro judicibus haberemus. Hoc saltem nobis a regio consilio concedi et ipsius decreti instrumentum ad vitandas infinitas calumnias perscribi opor-

---

1) S. den Brief vom 25. Aug. am Ende.

2) Dieſes «fraterculum» bezieht ſich auf eine ſcherzhafte Aeußerung Calvins in einem Briefe an Beza vom 3. September, wo es heißt: Caeterum ne te amicitia *Lotharingi* cautum nimis reddat: te in tempore admoneo, me quoque esse fratrem *Ferrariensis* (des päpſtlichen Legaten). Nam quum me hic ante annos tredecim amplecteretur, promisit se mihi semper fore optimum fratrem. Cave igitur ne in me superbias, quia facultas retaliandi in manu esset, praesertim quum Legatus omnes Cardinales superet. Epist. Calv. Edit 1576 p. 250.

3) Muß heißen octavo, denn nachher folgt Postridie i. e. IX hujus mensis.

tere, priusquam litem contestaremur. Haec nostra importunitas, quamvis non sine maximo certamine, tandem effecit ut inter *Reginam Navarrum Condaeum Amiralium* et *Cancellarium*, praesentibus nobis decerneretur, hanc actionem nobis fraudi non futuram et Ecclesiasticos neque hic neque alibi fore nostrae causae judices. Sed hujus decreti instrumentum publicum nulla ratione potuit a nobis obtineri, quoniam illos ajebant si hoc intelligerent libentissime arrepturos istam dissolvendi colloquii occasionem. Tantum nobis spoponderunt, si quid ejusmodi contra regiae majestatis voluntatem molirentur tum nobis ipsum decretum traditum iri. Acquievimus huic responso quamvis inviti, ne ipsi tergiversari videremur. Digressis nobis supervenerunt *novem Theologi* qui duo postulabant. Unum ne audirentur haeretici toties damnati, alterum ut rex saltem huic disputationi interesse nollet. Utrumque illis negatum. Eodem die *Johannes a Spina* totus noster est factus, confessioni nostrae subscripsit, seque totum Ecclesiae judicio submisit. Nos illi vicissim non sine incredibili gaudio dextras praebuimus et plane judicavimus eum diem nobis felicissimum illuxisse. Hoc unum laetitiam nostram interturbat quod diuturnus morbus ita hominem afflixit ut animus voluntati non respondeat.

Postridie i. e. 9 hujus mensis circiter *horam decimam* cum centum plus minus equitibus hinc profecti, *Possiacum* intra semihoram pervenimus. Ibi nos *Dux Guisianus* cui hoc onus impositum erat, vultu quam maxime potuit [ad humanitatem composito, excepit, ac me quidem nominatim compellavit. Intromissi sumus a Regiis custodibus armatis, praeeunte illorum duce [4]) (circiter meridiem) [5]) ..... me vero scitote in omnes redditas occasiones intentum fore. Et sane puto vel ista omnia brevi abruptum iri, vel me ita jam istis invisum esse, ut me posthac non ferant. Qua de re deque aliis omnibus brevi ad te scribam. Noster *Hugo* et *Passii* nostri gener jam erant optimis conditionibus liberati, quum literas tuas acciperem. Utinam de *Chandio* [6]) nostro idem possem scribere. Laboravimus in ipsius causa, quantum potuimus sed frustra, quoniam caedis accusatur, quod excusare nemo potest. Ac plane metuo ne tristis sit exitus. Utinam eum aliquando possimus sub-

4) Er hieß Franz Herr von Laferté und La Motte d'Uſeau und daher gewöhnlich nur Laferté. Er ſtarb 1572. S. Anselme II. 1085.

5) Hier fehlt wohl ein ganzes Blatt im Briefe: die Erzählung der erſten Conferenz.

6) Iſt ein Bruder des bekannten Chandieu, genannt Sadeel. Er hieß der Baron von Chandieu und fiel in der Schlacht bei Dreux.

levare. Bene Vale mi observande Pater, et quod facis, assidue nos et precibus et consiliis una cum caeteris fratribus et amicorum reliquiis, quos ego profecto non minus oculis fero, quam si annum integrum abfuissem. Sed obsecro, quî fit ut de uxoris et familiae valetudine ne syllabam quidem acceperim ex quo isthinc discessi? Nempe haec ipsius culpa est. Itaque rogo ut, quum licebit, ejus tarditatem accuses. Iterum vale. Ex St. Germano XII. Sept. 1561.

Tuus Beza

jam hic notior quam ut sit legendum verum ipsius nomen. Noster *a Spina* te nominatim salutat. Idem faciunt reliqui fratres.

---

12. Septemb. 1561. **Martyr Senatui Turicensi.** Collect. Simler. Ex archiv. Reip. Turic.

Si recte valetis Domini clarissimi et Amplissimi bene est ego quidem cum meis recte valeo. Ad decimum Septembris ad aulam Regiam quae est ad S. *Germanum* perveni. Legatus regius toto itinere omnibus nos officiis humanitatis est prosequutus, quod et vere pius sit et Rempublicam Tigurinam plurimi faciat. Hic sum a collocutoribus nostrae partis peramanter exceptus et honorifice atque admodum benigne a Proceribus Regni, Rege Navarrae, Principe Condaeo ejus fratre a D. Admirallio et eorum Uxoribus quae non minus, si non magis, ardent studio promovendae Religionis. Imo etiam si eo zelo teneretur *Navarrus* quo ejus uxor: essent enim res longe meliori loco. Heri [1]) salutavi *Reginam Matrem* quae me admodum humaniter suscepit. Ea dixi quae maxime ad negotium religionis promovendum conducere videbantur, benigne et libenter audivit: vellet ut cum pace Ecclesiasticorum Reformatio institueretur. Respondi optandum id quidem esse sed hactenus neque successisse nec hodie me videre id posse obtineri. Mentio injecta est ab illa et a *Na-*

---

1) D. h. am 12. Sept. Es iſt alſo ein Irrthum in der Datirung des Briefes, der am 13. Sept. geſchrieben ſeyn muß. Auch in der Erzählung Martyrs von ſeinem Aufenthalte und den Verhandlungen zu Poiſſy heißt es (S. Hottinger Hist. Ecclesiast. N. Test. T. VII. S. 715): *Duodecimo*, qui fuit Veneris, cum Regina sum collocutus.

varro et a *Cancellario* Augustanae Confessionis. Dixi sacras Literas nobis debere sufficere et praeterea Confessionem Augustanam Papistis improbari et proscriptam esse. Multa praeterea ultro citroque dicta, tum dimisit me *Regina* his verbis: quod deinceps saepius mecum sed secreto colloqui vellet. Colloquium nono Septembris coeptum est. Prolocutus est *D. Beza* gallice atque patienter auditus eo usque dum de negotio Coenae disserens affirmavit, tantum distare corpus et Sanguinem Domini a Pane et Vino Coenae quantum Coelum a Terra. Hic enim mussitare Cardinales et Episcopi et tantum non vestes scindere. Displicuerunt etiam ea verba Reginae Matri et caeteris Proceribus, quod existimarent exacerbatos adversarios Colloquium abrupturos quod et minantur se facturos nisi auctoritate regia coerceantur. Quid sit futurum adhuc ignoro. *Cardinalis Ferrariensis*, Legatus a Latere qui huc properat procul dubio etiam quantum poterit impediet. Jactat enim se habere summam potestatem etiam movendi loco quosvis quantumvis magnos. Colloquium habebitur gallice, si futurum sit quod Rex, Regina Mater, et reliqui Proceres interesse velint, id quod etiam adversarii aegerrime ferunt. Reddidi vestras literas, quae omnibus, quantum videre potui, fuerunt gratissimae. Et haec sunt quae habui in praesentia, Domini colendissimi, Vobis scribere. Quid postea fiet, curabo ad Vestram amplitudinem diligentissime scribi. Valete Domini et Patres colendissimi. Deus vos et rempublicam incolumem conservet. Datum XII Sept. 1561.

Vestrae Amplitudinis
studiosissimus Civis
Petrus Martyr.

---

17. Septemb. 1561. **Beza Calvino.** Mss. Genevens.

S. Heri *Cardinalem* audivimus in eodem consessu in quo priores fueramus auditi. Habuit tamen multo plures auditores ac fortassis etiam conductitios. In summa nihil unquam audivi impudentius, nihil ineptius. Disseruit primo loco de obedientia quae principibus debetur et quam vicissim Deo debent principes, sed ita ut sanctae sedi Apostolicae nihil detraheretur, et impudentissime jactaret perpetuam Episcoporum obedientiam. Postea docuit Ecclesiam comprehendere etiam reprobos et illa millies refutata inculcavit, de Ecclesia visibili, de Conciliis oecumenicis, de Verbo non scripto, et

caetera ejusmodi quae certe mihi nauseam moverunt. Tertio loco disputavit de Coena Domini, ac *de transsubstantiatione quidem nullum verbum*, sed *Westphali* quisquilias ornavit quantum potuit. Objecit varias et contrarias interpretationes nostra aetate excogitatas, reprehendit curiositatem eorum qui quaerunt: Quo Modo? opposuit consensum Evangelistarum in ipsis etiam Syllabis, et Verbis, adeo fuit impudens. Dixit in historia, in Testamento, in praecepto, in Sacramento nullum esse locum figuris et tropis, juravit, magno cum applausu, omnes doctores qui usque ad quingentesimum annum a Christo scripsissent, manifeste pro se facere, nec alios proferre velle quibus convinceremur. Denique revocavit nos ad gremium sanctae sedis et regem omnesque proceres hortatus est, ut tam certam, tam vetustam, tam sanctam religionem perpetuo tuerentur. Ego postea petita a *Rege* venia, totidem verbis sum usus. « Si nous avons entendu ce qu'ont dict Messieurs les preslats, a quoy nous sommes tous prests de respondre tout presentement, s'il vous plaist nous en donner congé. Sinon nous vous suplions treshumblement nous donner jour pour conferer avec eux, et avec ceux qu'il vous plaira, le tout suyvant nostre premiere proposition. » Responsum est diem nobis praescriptum iri, quem nos quidem totumque adeo negotium urgebimus quantum poterimus. *Ferrariensis* [1]) cras expectatur cum suis *Jesuitis.* [2]) Nobis certum est vel mox congredi vel protestatione facta discedere, si pergant diem de die ducere. Quid novi sperare possim non video. Nempe vel ipsa necessitas aliquid extorquebit, vel, quod Deus avertat, expectanda sunt omnia belli Civilis incommoda. Quotidie ex diversis regni partibus multa ad nos tristia afferuntur in utramque partem, quoniam utrinque peccatur plerisque locis. Nos medemur his malis quantum possumus, sed in ista αναρχια nihildum certi potest constitui. *Viretus* noster expetitur a multis procis, qui omnes ajunt istic vivere nisi inutilem non posse, si medicis creditur. Quid hoc rei sit nescio, sed hoc scio me istic mori malle, quam hic vivere, si mihi detur optio. Quidam ita fuerunt impudentes, ut noluerint me apud vos intercessore uti. Ego vero ita illis respondi ut putem erubuisse. Bene Vale, mi pater, Dominus Jesus Ecclesiae suae misereatur, adversariorum consilia quae nunc sunt ἐν ἀχμῇ frangat et dissipet, te conservet una cum reliquis fratribus, et me brevi

---

1) Der päpſtliche Legat.
2) Dem damaligen Jeſuitengeneral Lainez und ſeinem Gefolge.

vobis et mihi restituat. Nam hic certe totus langueo. Ex Sangermano 17 Septembris.

Tuus Beza.

On a imprime une abolition, ne s'y fie qui ne voudra, car elle n'est enregistrée ny enteriné et croy qu'a grand peine elle le sera. Fratres omnes te salutant et quidem inprimis D. *Martyr* et *Spinaeus.* [3]) *Regina* mecum hodie familiarissime collocuta postquam has literas scripsi, spem mihi magnam fecit. [4]) Interea nobis aliunde nuntiatur Episcopos discedere, quasi parta victoria. Omnia sunt in manu domini.

---

18. Septemb. 1561. **Joh. Guil. Stuckius ad Conr. Hubertum.** [1])

Collect. Simler. Ex autograph.

Cum mihi ex insperato certus idoneusque sese obtulisset Tabellarius, Domine colendissime, cui Literas ad te perferendas committere possem: huic tantae occasioni mea negligentia deesse nolui, quin ad te scriberem, teque cum de mearum ac D. Petri *Martyris,* tum Gallicarum rerum statu, quam diligentissime certiorem facerem. Primo omnium iter quod XXVI Aug. ingressi quindecim dierum spacio confecimus, omnino prospere feliciterque nobis ex animi nostri sententia successit. Comite usi sumus amicissimo atque humanissimo *Legato Regio,* [2]) qui cum sua Uxore D. P. *Martyrem,* tanquam Patrem, me et *Julium,* [3]) tanquam filios suos omnibus humanitatis officiis prosecutus est pro sua erga Remp. Religionemque nostram studio. Hic vero Legatus, ne erres, alius est ab eo, [4]) qui ad D. P. *Martyrem* accersendum a *Regina galliae* missus est. Nam *solodori* ha-

---

3) Johann de l'Espine der kürzlich übergetretene katholische Geistliche.

4) An demselben Tage hatte auch Martyr eine geheime Unterredung mit ihr. S. den folgenden Brief Wilh. Stucki's an Conrad Hubert. 18. Sept. 1561.

1) Conrad Hubert Butzers Amanuensis, war damals Diakonus an der Kirche St. Thomä zu Strasburg und im Sinne seines geliebten Lehrers blieb er immer ferne von dem beginnenden Zelotismus der lutherischen Parthei, die sich durch den jungen Doctor Marbach in Strasburg geltend machte, und unterhielt daher auch immer die Verbindung mit den Schweitzern.

2) Coignetio.

3) S. Terentianus.

4) D. a Pradella.

bitat, suumque filium, qui nobis in itinere obviam venit, *Tigurum*, Literis Religionique ibi operam navandi caussa misit. Atque haec de Itinere.

Lutetiam salvi atque incolumes pervenimus IX die Septembris, ubi in aedibus magnificentissimis *quaestoris regii*, Religionis Christianae studiosissimi, diversati, benigne ab eo lauteque tractati sumus. Postero die Aulam regiam attigimus quae haud procul *Lutetia*, IV nimirum horarum spacio distat, in oppidulo S. *Germani:* quo quidem die IX. Colloquium coeptum est. In quo primum nihil aliud actum est nisi quod D. *Beza*, *Reginae Galliae* postulato, Orationem praeludii loco habuit, quae perattente benigneque ab omnibus audita est, praeter haec quae sequuntur de re Sacramentaria verba: *Tantum enim, dixit, Corpus et Sanguinem Christi a pane et vino, quantum coelum a terra distare.* His solumodo verbis Cardinales atque Episcopi usque adeo exasperati atque exacerbati sunt, ut in haec verba, Orationem ipsius interpellantes, proruperint: blasphemavit, blasphemavit Deum! Sed his eorum adversis admurmurationibus D. *Beza* minime perturbatus, eodem vultu suam porro sententiam melius explicare, ac quibusdam Patrum scriptis confirmare perrexit. Postridie huius diei [5]) *Regina Galliae* D. P. *Martyrem* ad se accersivit, ac aliquot horas cum eo humanissime, cum eum seduxisset, remotis arbitris, collocuta est: petiitque ab eo summopere, ut in eam curam cogitationemque incumbat, ut pacate, cum Ecclesiastici quoque ordinis gratia, si fieri posset, haec res transigatur. Cui D. *Martyr* respondit, se quidem quantum veritas patiatur otio et tranquillitati consulturum esse, de Ecclesiastici vero ordinis gratia omnino se desperare: quo responso valde fuit commota.

Decimo sexto Sept. Colloquium repetitum est, in quo *Cardinalis Lotharingius* Orationi *Bezae* respondit admodum inepte: Cuius Orationi cum *Beza* una cum ceteris Ministris ex tempore respondere parati fuissent, id quod *Cardinalis* indigne molesteque tulit; *Regina* in alium diem differri voluit. Itaque discessum est. Colloquium habetur Gallice in oppidulo [6]).... (quodam) quod unius tantum horae spatio ab Aula distat. Postridie [7]) huius diei iterum *Regina Galliae* cum D. *Martyre*

5) Nach Martyrs eigenem Bericht war es am 12. September. Den 10ten kam er nach St. Germain, am 11ten wollte er von den Strapatzen der weiten Reise noch etwas ausruhen. S. Hotttinger Hist. Eccles. N. Testam. T. VII. S. 715 u. 716.

6) Possiaceno. Poissy.

7) 17. Sept.

in eandem fere sententiam, quemadmodum antea, collocuta est. Princeps, *Condensis* atque *Admiralius*, una cum Uxoribus, incredibili flagrant studio gloriae Dei promovendae. Magnus Nobilium, quorum frequentia quotidie fere cubiculum nostrum celebratur, ardor. Quod si *Rex Navarrae* tantum animi, tantumque nervorum, quantum Uxor ipsius, haberet: res meliori profecto essent loco. Evangelium in plerisque *Galliae* partibus ita floret ac dominatur, ut nullis viribus amplius opprimi posse videatur. In *Casconia* [8]) atque *Normandia* nullum fere amplius simulacrum apparet, Missae conticuerunt. Omnino nisi impunitas Evangelii praedicandi audiendique concedatur, intestinum bellum est vehementer timendum. Plura scribere per otium non licet. Haec summa festinatione scripsi. Vale. Saluta meo nomine Uxorem tuam *Sturmium*, *Zanchum* totamque familiam. *Hotomanum* non ibi esse puto. P. *Martyr*, una cum *Julio* te plurimum salutant. Dat. XVIII. Septembris (1561).

Stukius tuus.

---

19. Septemb. 1561. **Martyr Senatui Turicensi.** Collect. Simler. Ex autograph.

Clarissimis Consulibus et Amplissimo Senatui Reipublicae Tigurinae, Dominis meis colendissimis.

Quid prima Actione, Colendissimi et Amplissimi Domini, cui tum non interfui, actum esset, proximis superioribus Literis vos certiores feci. Nunc quid secunda Actio attulerit, ex his cognoscite. Decimo sexto huius mensis Orationem habuit *Cardinalis Lotharingius* et eloquentem satis, et placidiorem, quam multi sperassent. Me excludere volebant adversarii, ne interessem, tanquam hominem peregrinum. [1]) *Regina* tamen Mater per *Condaeum* Principem eo ipso articulo, cum proficiscendum erat, evocavit et adesse voluit. Itaque Mula *Condaei* Principis vectus comitante eius Secretario Collegas meos sum subsecutus, et per manum Ducis *Guisiani* intra portas loci Colloquio assignati intromissus. Praefectus est enim is portae

---

8) Gascogne.

1) Es ſtand nähmlich in dem königlichen Patent welches die Theologen berief, es ſollten nur geborne Franzoſen dazu kommen.

loci, cum ad arcendam vim, ut puto, tum ut prospiciat, ne cuivis pateat aditus. Excluduntur enim magnae nobilitatis Viri, ut de inferioribus sileam. Etsi vero *Cardinalis Lotharingii* Oratio ad modestiam facta videretur, et ad captandam auram nobilissimi et pulcherrimi Consessus (adest enim semper *Rex* cum *Regina Matre*, *Rege Navarrae*, et ceteris cum Regiae stirpis Principibus, tum etiam aliis Regni Proceribus, quibus etiam accedunt multi Nobiles et non contemnenda manus Ecclesiasticorum, ut de quorum salute agatur) tamen non obscuram habuit significationem sui animi in retinenda et propugnanda recepta Religione, et in cohortanda *Regina Matre* ut *Filium* in hac educari curaret, quam etiam maiores coluissent. In negotio Sacramentario videbatur relicta Transsubstantiatione a suis discedere, et ad *Lutherum* et *Brentium* transfugere. Cum dicendi finem fecisset, supplicatum a nostris, ut per Regiam Maiestatem e vestigio respondere liceret. Denegatum, promissus tamen ad responsionem dies. Itaque sic discessum. Ubi ad Aulam reditum est (haec enim aguntur in loco qui *Poysi* vocatur) rogatus sum a Principibus, qui Regnum Christi promotum cupiunt, meam de Oratione Sententiam. Libere dixi, quae videbantur, et dolos, qui suberant, notavi. Idem etiam feci cum *Regina Matre*, cum qua iam secundo sum colloquutus. Petiit ut quas ineundae concordiae in Religione rationes commodas existimarem, proferrem. Dixi, probavit, et admodum benigne audivit. Quid *Cardinalis Ferrariensis* Legati adventus sit [illegible]turus, quanquam nihil boni sperem, ignoro tamen. Hodie exspectatur in Aula. Venit cum 400 fere Equis. Habet in suo Comitatu decem, quos praedicant admodum doctos, et in his aliquot Episcopos et *Jesuitas*. *Lugduno* hucusque omnes fere declinavit Urbes in itinere, ut quae iam habeant Ministros, et ideo irrisiones extimuerit. Hoc scire debetis, quod in *Aquitania* tota in omnibus Urbibus sint Ministri nostrae Religionis, qui publice in Templis doceant. Cum haec scriberem, ingressus est meum cubiculum *Admirallius*, Vir inter ceteros heroas pietate illustris. Is mihi et collegis retulit, quantum satageret cum *Regina Matre*, ut forma Colloquii institueretur et progrederetur. Collocutores enim qui et quot sint adversariae partis ignoramus: ordo etiam tractandarum quaestionum non probatur nec proditur. Haec sunt quae habui, Vobis Clementissimis et Amplissimis Dominis meis significare Valete. Deus Optimus Maximus vestram Amplitudinem et Rempublicam perpetuo servet incolumem. Dat. ex

aedibus *Cardinalis Castilionei* ad S. Germanum XIX Septemb. An. 1561.

Amplitudinis Vestrae observantissimus Civis.
Petrus Martyr.

---

24. Septemb. 1561. **Calvin à l'Amiral de Coligni.** Collect. Simler. Ex copia archiv. Eccles. Bernens.

Mon Seig^{r} je pense bien que chacun jour vous ajez à soutenir beaucoup d'allarmes, qui vous sont dressez non seulement de ceux, qui se declarent ouvertement ennemis de la verité de Dieu, mais surtout des moyenneurs qui nagent entre deux eaux ou, faisant semblant de favoriser au bon parti, n'ont leurs egards qu'au monde, et en dépendent du tout, je ne doute pas que les voyant ainsi varier et chanceler vous ne soyez souvent angoissé: Mais ce vous est une bonne Instruction, M^{r} quand il n'y a ne fond ne rive en ceux qui sont agités de la vanité du monde, de ficher tant plus profond vostre ancre au Ciel, comme nous en sommes exhortez par l'Apostre. Quoy qu'il en soit, je vous prie de poursuivre vertueusement, voire pardessus toute esperance des hommes vous fortifiant de plus en plus a mepriser tous les empêchemens, qui vous pourroyent retenir, car nous ne pouvons pas dire avec S. Paul, que Nous avons combatu un bon combat pour recevoir la couronne de justice si nous n'avons parachevé nostre course. Mais je me tiens asseuré que celuy qui vous a si bien disposé à son service, et a deployé une telle vertu de Son Esprit en vous, ne laissera pas son oeuvre imparfaite, qu'il ne vous tienne la main jusqu'en la fin, même je me doute bien que la venue du *Legat* [1]) aura fait de plus grandes escarmouches, remetant toute connaissance à ce beau Concile. Or. M^{r} il me semble que pour les defiants qui s'effraient seulement de leur ombre, et tremblent, quand quelque péril les menace, voicy le vrai point pour rompre le choc du Concile, c'est que le Roy, sans faire plus ample déclaration de vouloir changer de Religion, se joignit tant avec la Roine d'Angleterre, qu'avec les princes allemans et les Suisses, qui

---

1) Des Cardinals von Ferrara, von dem in den vorigen Briefen ſchon oft die Rede geweſen.

tiennent nostre parti, pour protester de la nullité de ce Concile de Trente, tant à cause du lieu, auquel il n'y a point seur accéz, que pour ce qu'il n'est point libre ni ordre pour traiter en liberté les articles qui sont aujourd'huy en different, veu qu'il n'y a qu'une seule partie assise pour juger à sa phantaisie, sans que l'autre soit ouïe, et qu'il luy soit donné lieu pour maintenir la doctrine, laquelle les Evêques tiennent deja pour condamnée sans entrer en examen ni en dispute.

Je say que les Princes d'Allemagne requeront qu'on specifie plus distinctement les causes d'oppositions, même qu'ils voudront entrelacer leur *confession d'Augsbourg:* Mais le Roy aura bien ce crédit de les faire contenter d'une déclaration plus simple, quand elle ne leur portera null préjudice. Pour tout je vous prie M^r^ tenir la main que *la confession d'Augsbourg* ne vienne en jeu, laquelle ne seroit qu'un flambeau pour allumer un feu de discordes, et de fait elle est si maigrement batie, si molle et si obscure, qu'on ne s'y sauroit arrester. Au reste, des Suisses, il seroit bon, que le Roy les exhortat tous en general de se joindre avec luy en telle protestation qui ne tend à autre fin que de reformer les abus, qui sont en l'Eglise, veu que pour ce fait il est requis que les differens soient bien cognus et debattus, et que toutes les deux parties soient ouïes en leur cause, je dis ceci pour ce quand le dit par le Roy se recueilleroit à l'entrée au renouvellement de l'alliance, non pas que cela vaille si tôt, mais aprés s'estre depités, je vous assure que cette affaire servira beaucoup un demi an apres:

J'ai aussi, M^r^ à vous prier qu'ayant égard à la necessité laquelle nous presse fort, il vous plaise donner congé à *Mr de Meuroz.* Car depuis qu'il est parti, nous en avons perdu trois de nostre Compagnie *Mr de Beze* et celui, qui estoit allé vers Mad^e^ *la Duchesse* [2]) sont absens, tellement que le fardeau nous est par trop pesant, si nous ne sommes bientôt secourus. J'ay prolongé le terme tant que j'ay pu, mais je suis contraint de vous prier que vous ne trouviez pas mauvais pour le moins, qu'il vienne faire un tour pour nous soulager, jusques à ce que Dieu nous ait pourveu d'ailleurs; Je crois M^r^ que selon vostre prudence, équité, vous ne trouverez point mauvais qu'il retourne au trouppeau, auquel il est obligé et lequel ne l'a point quité. Possible aussi que Dieu vous adressera en son lieu homme si propre que son absence ne

---

2) Die verwittwete Herzogin von Ferrara Renata von Frankreich.

vous sera point grieve, ce n'est pas à dire que ceux, qui vous ont prestez ne soient toujours aussi prest que jamais, à s'employer pour vous faire service, mais je vous asseure que pour cette heure nous sommes en tels destroits, que l'instance que je vous en fay merite bien d'être excusée.

Monsr après m'estre humblement recommandé à votre bonne grace, Je suppliray le Père de Miséricorde vous fortifier en constance invincible, vous acroitre en tous les dons de Son Esprit, et vous tenir en Sa Protection. ce 24 de Septbre 1561.

---

24. Sept. 1561. **Calvin à Madame de Roye.**

Collect. Simler. Ex copia archiv. Eccles. Bernensis.

Madame, ce que j'ay tant différé de repondre à vos lettres a été en partie que je ne savais pas où je devoy adresser les miennes, en partie de honte d'autant que je ne pouvoys satisfaire à vostre sainct désir, car vous nous demandiez trois hommes, qui fussent suffisants, pour être employés au service de Dieu, et de Son Eglise, designant les lieux où vous aviez intention de les adresser, afin que je fusse plus incité à en faire toute diligence du deja auparavant le même message m'avoit eté fait de bouche par un homme de *Noyon*, qui se disoit en avoir charge; Or je vous asseure, Mad[e] que nous sommes si fort denuez, que j'ay mieux aimé ne trouvant pas gens propres m'en déporter, que de vous envoyer ce qui ne vous eût pas contenté, je voudroys bien que l'excuse ne fust pas si raisonable, mais quand M[r] de *Beze* vous l'aura confirmé j'espère que vous l'accepterez: Au reste, Madame, j'ay bien occasion de glorifier Dieu, de la grâce et vertu, qu'il a mise en vous pour advancer le Reigne de nostre Seigneur Jesus-Christ, en faisant protestation franche et pure, de suivre la verité de l'Evangile, en la vie et en la mort, que c'est toute notre félicité que d'êstre disciple de ce grand maitre, et Sujets de ce Souverain Roy, qui nous a eté envoyé du Ciel, pour nous retirer de perdition, à l'esperance du Salut eternel, qu'il nous a acquis. Parquoy sans cest heritage, malheur sur toutes richesses, délices et honneurs du monde; Cependant nous voyons comment ce thrésor inestimable est méprisé de la pluspart, et tenu quasi de nulle valeur, et d'autant plus avez vous juste matière de vous re-

jouir, que Dieu vous ait faite participante de ce privilège de rénoncer à toutes vanitez de ce monde, qui nous éblouissent les yeux, et nous font floter en inquiétude continuelle, pour trouver le vray repos et vous y adresser. Il y a encore un autre bénéfice de surcroist, que tant Made la princesse [1]) que Made sa soeur [2]) si elles vous tiennent compagnie à tendre et aspirer au droit but de nostre vie, s'adonnant d'un commun accord et se dediant à l'obéissance, de la pure vérité. Or Made combien que j'aye entendu de quel zèle vous desirés de servir à Dieu, toute fois je vous prie prendre de plus en plus courage, vous efforçant de surmonter tous empêchemens qui vous pourroyent rétarder, que vous en aurez toujours beaucoup; Et de fait ce sont les exercices de nostre foy que de combatre contre tout ce que Satan machine et dresse de tentation pour nous détourner du bon chemin. Ainsi, Made tendez à cette perseverance, ne doutant point que le Père Celeste ne vous conduise jusqu'en la fin et que il y a un soin plus que singulier de nostre Salut. Et que Jesus Christ ce bon pasteur, et fidéle, qui nous a pris en sa charge, ne vous garde et garantisse.

Made aprés m'estre humblement recommandé à vostre bonne grâce, je supplieray nostre bon Dieu, vous gouverner par Son Saint Esprit et accroitre en tout bien et prospérité. ce 24 de 7bre 1561.

---

25. Sept. 1561. **Joh. Haller an Bullinger.** Collect. Simler.

S. hüt iſt mine Herrn Zytung komen ab dem Hoff uß Frankrych diß Innhalts, das uff den fünften [1]) diß Monats das Gſpräch zu Pontoys, [2]) ein Stätle, nüt wyt von St. German by Paris gelägen, angangen und erſtlich, ſo ſige der Hertzog von Guiſen verordnet, mengklichen vor Unbill zu ſchirmen, und das Colloquium zu defendieren. der habe auch die Predicanten gantz früntlich empfangen, und ſich alles Guts gegen Innen emboten, dermaßen das er Innen verheißen, Imm ſölle an ſinem Lyb eh beſchächen dann er Inn Leyds welle widerfaren laſſen. Die Wort ſind gut, wie es um das Hertz ſtande weißt der der alle Hertz

1) Die Gattin Condé's.
2) Die Gattin des Grafen von La Rochefoucault.
1) Soll heißen „neunten".
2) Irrig ſtatt Poiſſy.

erkennt. Demnach ſo iſt ein Uſſchutz von den Gloubigen beſchehen und zwölf Predicanten zum Gſpräch verordnet, unter denen der fürnempſt der Her von Beza. Die ſind von St. German durch den Hertzog von Guiſen gen Pontoys [3]) beleitet worden, [4]) allda der Platz des Gſprächs verordnet in einem fürnemen Fravenkloſter. Daſelbſt iſt dem Künig ein Thron gemacht, daruff er geſeſſen. Zu ſiner Rechten ſol geſtanden ſyn der Künig von Nawarren, und nach Imm an dem Fürſten uf der andern Syten des Künigs Muter und nach Iren die Cardinäl von Lutringen und Turnon, und andere. Den Predicanten iſt ein Sitz verordnet gegen dem Künig über. under der alten Künigin und Cardinälen ſind geſtanden die ſorboniſchen Theologen von Parys und hienäben treffenlich vil Volks von allerley Ständen. Als die Predicanten hinin kommen, hat Beza, nach gethaner Rewerentz, angfangen erzehlen kurtz warum ſy da erſchienind. Daruf ſy all niderknüwet, und lut ein gebät thon, das Got zu diſer Handlung ſin Geiſt und Gnad ſenden wölle. Nach dem Gebät ſy wider uffgeſtanden. Da Beza eine ſchöne Oration gethon, darinn er kurtz perſtringiert alle ſtrytigen Artikel, und als er letſtlich kom uff den Artikel von der Gegenwirtikeit Chriſti im Sacrament, und under anderm geſagt das ſige ſo veer von einander als der Himmel von der Erden, habend die Sorboniſchen angfangen klopfen, rütſchen, brummlen, das nieman nüt mer mögen hören, deß die alte Künigin übel zufriden gſyn. Deßglichen auch der Cardinal von Lutringen, und ſy gheißen in Stille loſen, man werde ſy doch hernach auch gutwilliklich verhören. Daruf Beza ſin Oration bſchloſſen mit ſolichem Anſehen und Dapferkeit, das ſich mengklich verwunderet. Hieruff ſy auch wider nider knüwet und gebätet. Es ſind auch die Cardinäl, diewyl er geredt, mit entdektem Houpt geſtunden, und beede mal, diewyl ſy gebätet, hat ſich die alte Künigin niderglaſſen und mit gebätet, der Künig aber iſt bliben ſtill ſitzen. Uf des Bezae Oration hat der Cardinal von Turnon angfangen reden im Namen der Theologen, und den Künig hoch ermant daß er gedänke an die Ehr ſiner Vorfaren, und daß er den Namen trage des allerchriſtlichſten Künigs, und ſich deßhalben mit keinem Reden von dem wahren Chriſtenglauben ſiner Altvordern laſſe abfüren, auch vil anzeigt, was Imm darus werde folgen, und die Sach ſo lang getriben, das Imm die alte Künigin in die Red gfallen und gſagt: Her, es iſt jetz nüt um das zuthun, ſondern das man uß dem luteren Wort Gotes, das unſere einige Regel ſyn ſol, herfür bringe was

3) Soll heißen: Poiſſy.
4) Der Herzog von Guiſe empfieng ſie erſt zu Poiſſy ſelbſt.

rächt oder läß ſyge, dann wir ſind darumm hie, das wir Euch zu beden Theilen verhörind, und die Sach an Iren ſelb grüntlich erweginb. Darum gebend antwort uff die Red, die Ir vom Hern Beza gehört, daruff er geantwortet. Die Red ſyge lang gſyn, deßhalb ſy nüt uff alles angends könninb antworten, ſy bätinb aber daß Innen die Artikel in gſchrift gegeben werbinb, ſo wellinb ſy Ir gebürliche Antwort drüber geben, das iſt Innen zuglaſſen, und hiemit diſer actus beſchloſſen worden. Was ſie geantwortet und was wyter gevolget, weißt man noch nüt. Man wirts aber in kurzem auch vernemen. Des Hern Martyrs wirt nüt gedacht, dann er derſelbigen Zyt noch nit mög ankommen ſeyn. Semliche Zytung iſt erſt hüt minem Heren kommen, ich hets uch ſonſt by dem geſterigen Boten zu gſchriben, der doch auch erſt hüt von hinnen gangen iſt. Hiemit ſind Got befolen. Grützend mir mine Heren gemeinlich ſampt den üweren allen. Datum zu Bärn den 25. Septemb. a. 1561.

V. W.
Johannes Haller.

Diſe Zytung iſt minen Heren zugſchriben durch den Heren von Morreßhier, der ein Brittanier, aber etlich Zyt hinter minen Heren gewonet, und noch hinder Innen ein herſchafft hat, der jetz amm Hoff iſt.

---

27. Sept. 1561. **Beza Calvino S. D.**

Gedruckt in Opera Calvini Edit. Amstel. 1667. In den Briefen p. 252-255.

Senas minimum literas ad te dedi, neque unquam praetermisi justam scribendi occasionem. Si quae sunt interceptae, accidit praeter expectationem. Omnes enim fidis amicis commisi, qui perexpeditissime curarent perferendas, quoniam haec via mihi semper visa est tutissima et brevissima. Neque dubito, quin jam acceperis, quae ad te scripsi de duabus primis nostris actionibus. Jam accipe caetera. Post splendidam illam nostri purpurati orationem, [1]) quam nulla ratione potuimus obtinere, totos novem dies consumi nobis invitis oportuit, ut de agen-

1) Des Cardinals von Lothringen. Er hatte ſeine Rede am 16. Septemb. gehalten.

dis rebus statueretur. Quam multa et quam varia nobis hic occurrerint, aliquando, ut spero, cognosces. Certe nullum non lapidem moverunt illi, ut coelum terrae miscerent: sed Dominus mirifice nobis adfuit. Tandem igitur *vigesimo quarto die hujus mensis* licuit nobis respondere ad duo capita quae ille proposuerat, de Ecclesia nimirum, et de Coena Domini. Disserui ad sesquihoram, magna omnium attentione: ac ne mireris nos esse tam verbosos, scito nos studio id facere, quoniam ex hoc colloquio nullum majorem fructum speramus quam ut cognita ac perspecta nostra causa qui per ignorantiam nos damnabant, saltem aequiores nobis fiant: neque est, Dei gratia, cur nos laboris poeniteat. Orationem meam excepit conductitius *Balaam*, [2]) qui tibi aliquando ducatum obtulit, ut chartam et pennas tibi comparares. Praefatus est, sibi nunquam placuisse severitatem, qua nonnulli in nos usi essent: et hoc quidem prorsus inepte, quia neque conquesti eramus, neque quenquam poterat videri magis accusare, quam eum ipsum, [3]) cui accesserat advocatus. Postea fassus est se mihi assentire de iis quae de Ecclesia disseruissem: tanta vis est veritatis: et certe, quantum postea intelligi potuit ex eorum etiam Procerum sermone, qui nobis alioqui minime favebant, vix eum tulissent aperte à nobis dissentientem. Tandem tamen dixit sibi non satisfactum in nostrae vocationis explicatione, quam modis omnibus exagitavit, quum ego nihil nisi in genere et Δετικως dixissem: et de hypothesi hoc unum addidissem, si vellent ipsi, quod minime optaremus, ad nos ista transferre quae de vocatione dixeram, paratos esse nos et vocationem nostram, et nostras Ecclesias ex Dei verbo tueri, sed rogare ut ad nostrae doctrinae disceptationem potius descenderent. Objecit ergo suspectas esse vocationes extraordinarias, nisi miraculis vel prophetiis expressis probarentur. Obiter etiam perstrinxit quaedam quae παρεργως adduxeram de Paphnutio et ex Tertulliano, et suo more multa verba consumpsit in citandis historiis et testimoniis, ut omnia edidicisse videretur. Quum vellem respondere, ecce infacetissimus cucullio [4]) prodit, qui nos cum Anabaptistis compararet. Addidit vulgata testimonia de traditionibus et consuetudinibus. Tan-

2) Cette harangue (Beza's) ainsi parachevée, le docteur *d'Espence*, après que le cardinal de Lorraine lui eut fait signe, s'approcha etc. etc. Hist. Ecclésiast. I. p. 577.

3) sc. Cardinalem Loth., der den d'Espence in ſeinen Sold genommen und ſich von ihm die Rede hatte machen laſſen, weßwegen er ihn auch oben conductitius Balaam nennt.

4) Claude de Sainctes.

dem adjecit blasphemiam, scriptum fuisse verbum praeter Dei consilium, et eludens certa testimonia Chrysostomi et Basilii quae citaram, hortatus est, ut semel atque iterum legerem Patrum testimonia quae proferrem. Haec fere sesquihoram abstulerunt. Tum ego praefatus: non esse hanc legitimam agendi rationem, quum neque certis argumentis ageretur, neque libri, neque notarii adessent, et tam confuse prolixeque propositis rationibus vix posset sigillatim responderi: tamen summam rationum complexus, dixi quae sufficere arbitrabar. Monacho quoque paucis respondi et ita quidem ut eo ipso die testatus sit ipsius magister, nunquam posthac eum proditurum in lucem. Excepit rursus Balaam, quae voluit: postea, quum de industria nihil dixissem de Coena Domini (quoniam sciebam quid illi captarent) ille idem multa garrire coepit de pace et concordia; et quum diversas quaestiones imperitissime confunderet, scio, inquit, fore ut à voce substantialiter non abhorreatis, si vobis produxero magni cujusdam viri testimonium. Deinde suppresso tuo nomine tria loca mutilata ex ultimo tuo in *Heshusium* libello recitavit. Ego sum interfatus me agnoscere praeceptoris verba. Quum responsum pararem, non passus est purpuratus αυτοκρατωρ [5]) (sed nonnisi inter suos, idque admodum aegre imperium suum retinens) et de traditionum auctoritate praefatus ad Coenam descendit, ac tandem aliquot chartas proferens, ecce, inquit, quae recens accepi ex Germania, partim à Palatino, partim ab alio Principe, [6]) quibus subscripserunt 42 Ministri, tibi ipsi, Beza, ut opinor, non ignoti. An et vos illis atque praeceptori vestro non subscribetis? facite hoc obsecro. Nam alioqui nulla conjunctionis spes est. Subscribite, inquam, alioqui colloqui non possumus. Nec tamen postulo, ut omnia comprobetis. Scio enim vos nunquam id facturos. Tantum particulam habete et subscribite, ut sit concordiae initium. Deinde pauca quaedam plane Brentiana recitavit. Ad haec ego vicissim *Reginam* precari, ut potius de confessione nostra dispiceretur, quam ipsa à nobis accepisset, utque legitima collatio institueretur. Non recte fieri à Coena domini initium, quum tam multa praeire oporteret Sacramentorum tractationi. Denique rogavi Cardinalem, an ipse vellet iis subscribere, quae nobis exhiberet, quod alioqui nullus esset nostrae subscriptionis fructus futurus.

---

5) Cardinalis Loth.

6) Er meinte den Herzog Chriſtoph von Würtemberg, welcher am 19. Decemb. 1559 ſeine Theologen zu Stuttgart verſammelte und das ſtrengſte Lutherthum decretiren ließ. S. Sattler Herzöge IV. 141.

Ibi deprehensus ille tergiversari sed in summa dicere fieri non posse quin abrumperetur spes omnis concordiae, nisi subscriberemus. Nox instabat, omnes urgebant ut paci consuleremus, alii quidem per simplicitatem, alii ex composito. Itaque non potuimus alia ratione elabi, quam si testaremur nihil nos habere secundum veritatem antiquius regni pace, et scriptum illud cum tuo libro nobis tradi peteremus, ut postero die feramus responsum, cujusmodi ferre conscientia nostra posset. Ita igitur discessum est, illis quidem, suo more, victoriam sibi promittentibus; nobis vero, Dei gratia, et verbis et vultu testantibus eam fiduciam, qua consuevit Dominus noster servos suos implere.

Postridie quum nos ad iter accingeremus, nobis nunciatum fuit dilatum esse colloquium in alterum diem, qui hesternus fuit: quod etsi initio moleste tulimus, tamen sensimus Dei providentia factum. Fuimus enim ab amicis, quos et multos et fidos ac constantes Dei beneficio habemus, de multis rebus admoniti, quas etsi conjecturis non erat difficile consequi, tamen gratum fuit certis testimoniis confirmari, ut firmum consilium caperemus. Consilium Cardinalis erat, si differremus subscriptionem, colloquii statim abrumpendi culpam in nos maxima cum omnium ordinum invidia transferre: si nos aperte negaremus subscripturos, statim universam Germaniam in nos concitare, quasi paratus ipse fuerit *Augustanam confessionem* saltem aliqua ex parte concordiae causa recipere: sin vero subscriberemus, postea vel nobis ejectis ab Ecclesiis, quas prodidissemus, vel scissis nostris in diversas partes, triumphare. Has technas ita evasimus. Quum eo ventum esset gravissimam querelam ex scripto recitavi, ut si forte abruptum esset colloquium, nos extra culpam esse constaret. Ostendimus nos non ad dicendum causam coram adversariis, sed ad reddendam ex Dei verbo rationem nostrae fidei coram toto mundo: neque ad subscribendum quod illis liberet, sed ad pacificam colloquutionem venisse. Satis apparere nihil aliud illos captare quam subterfugia: promisisse Cardinalem, se nobis ex verbo Dei et orthodoxis Patribus, qui proximis à Christo quingentis annis vixissent, sua probaturum, nostra confutaturum. Eundem vero nunc nobis pro collatione ista damnationem praescribere, nisi suis placitis subscriberemus: nec tamen nobis constare an hoc ipse sua unius auctoritate, an vero omnibus Collegis approbantibus faceret. Praeterea quam iniquum esse, non de nostris controversiis, sed de alienis quaeri, quasi isti inter nos et Germanos arbitri sederent. Quodsi illis placeret illud quorundam Theologorum scriptum, quod

nobis tradiderant, age, subscriberent ipsi non mutilatis propositionibus, sed toti *Augustanae confessioni:* quod si facerent, tum vero nos non procul abfore à concordia, unico excepto articulo, de quo parati essemus sancte et amice colloqui. Sin autem id ipsi facere recusarent, inique à nobis peti, ut iis subscribamus, quae ne ipsi quidem probent. Caeterum quod ad quaestionem de nostra vocatione attineret, satis illam nobis defensam videri, nec recusare quin suo loco iterum de illa quaeratur ad satietatem usque. Sed in primis de doctrina ipsa agendum fuisse, et quidem certo ordine, si disputatio legitima quaereretur. Nos igitur petere à *Regina* et omnibus Principibus, ut vel audiremur, vel si abrumperetur colloquium, nos excusatos haberent.

Subjecimus deinde brevem et perspicuam confessionem de Coena Domini, ne calumniarentur nos extra oleas vagari: quae si non satisfaceret, justam et plenam disceptationem petiimus. Quid si vero, inquam, de vestra vocatione quaeratur? ubi illa doctrinae et morum inquisitio, ubi electio, ubi justa ordinatio, imo quomodo vos à simonia excusabitis? Conclusio fuit, vel ut confessionem à nobis exhibitam oppugnarent, vel suam traderent à nobis oppugnandam: sin minus, nos esse officio nostro defunctos, et Regni concordiae omnem nostram operam, atque adeo nos ipsos ex animo consecrare. Ad haec Cardinalis aestuans, ut qui nihil ejusmodi de nobis per suos exploratores cognovisset, ex tempore tamen satis diserte in tam mala causa respondit. Nos ipsos causam praebuisse quaestioni de nostra vocatione: jure se cum suis conqueri de iis, qui in suos greges invasissent: non posse nos melius ostendere quam simus à pace alieni, quam duos simul convellendo Gallici Regni cardines, Ecclesiasticam videlicet et Regiam auctoritatem: deinde in hunc campum ingressus, tentavit modis omnibus non aliter quam publicos hostes objicere statim ad supplicium trahendos, perinde acsi Regem ac ipsius Majores dixissem tyrannice Ecclesiam Dei populatos. Postea de suo statu multa praedicare, nescire nos quales essent Episcoporum ordinationes, in quibus nihil vetusti moris praetermitteretur. Tandem ad quaestionem de Coena Domini delapsus vertit sese in omnes facies, ut ostenderet se, quod fecisset de subscriptione, pacis studio fecisse, cujus spem omnem re ipsa praecideremus.

Ad haec quoque ego ex tempore ita me puto respondisse, Dei beneficio ut et *Reginae* et Proceribus certo sciam defensionem meam multo magis quam illius accusationem placuisse.

Tum vero noster *Balaam* multa partim ex ante habita

disputatione iterum odiose repetere, multa involvere, denique multa dicendo nihil dicere. At noster *Martyr* tum primum loqui exorsus Italico Sermone, ut à Regina intelligi posset, rem totam ab ovo usque explicavit, et, vel invitos ad rem ipsam descendere coëgit. Respondit Balaam et testimonia vicissim suo more coacervavit, ut tropum negaret in Coenae verbis subesse. Dum haec geruntur, ecce prodit *Jesuita Hispanus,* [7]) Catholicae Ecclesiae columen. Alloquutus est Reginam hora ferme integra; sed ita inepte, ita stulte, ut nemo posset risum continere, quum ille histrio inter caetera in extremo fabulae actu lacrymaretur. Rogabat in summa *Reginam*, ne audiret haereticos toties damnatos, sed ad Concilium relegaret, crepans illud, Tu es Petrus, et, Rogavi pro te Petre. Disputavit postea de corpore sine dimensione, et Eucharistiam docuit esse instar ludicrae pugnae, in qua Rex ipse interesset. Tum ego, petita à *Regina* venia paucis dixi me *Hispano* illi omnia concedere, quae dixisset, si probaret. Quod nos vulpes, et serpentes, et simias diceret, non magis nos credere, quam transsubstantiationem. Satis illam pro sua prudentia intelligere quid isti sit credendum, qui Coenam Domini pro fabula, Christum pro histrione haberet. Deinde quum adversus *Balaamum* agere coepissem, ecce novus hostis prodit sophista quidam Sorbonicus plane confidens, qui primo loco me docuit, quid esset pronomen, quae propositio identica, et, adstipulante ac pertinacissime consentiente *Cardinali*, docuit per pronomen (hoc) non designari panem, sed vagum, quod vocant, individuum. Quam multis, et quam planis argumentis absurdum hoc commentum potuerit dilui, quis ignorat? Sed tamen nunquam potuit sophistae persuaderi, ut se victum fateretur. Itaque quum jam pene nox esset, omnes utrimque assurrexerunt. Ibi me *Regina* in medium cum *Cardinali* advocat, et per Deum obtestatur, ut pacis rationem ineamus. Confluit caetera turba. Iterum instauratur disputatio, sed omnibus tumultuose perstrepentibus. Tandem igitur nox clamoribus finem imposuit. Ajunt nos intra triduum reversuros: sed nisi certus ordo instituatur, quorsum istos labores? Itaque nunc toti in eo sumus. Hesterno tamen die sumus duo praeclara consequuti. Fregimus enim illorum consilia; et certo scimus nos obtinuisse, ut et nostros firmiores etiam quam antea, et eos qui nobis erant infensissimi, multo habeamus aequiores. Habes duorum dierum actionem. Utinam vel isto labore brevi defungar, vel alius mihi substitui possit, quo vobis iniquissimo onere pressis

7) Es war der Jesuitengeneral Laynez.

possim aliquando, ut antea, subvenire. Nam mihi crede hic mihi sordent omnia prae charissima mea *Geneva*, cujus unius memoria reficior. Eram aliqua praeterea scripturus, sed ita sum defessus, ut prorsus cogar in crastinum diem caetera differre. Bene vale, mihi plurimum observande pater, una cum caeteris fratribus et amicis, quos utinam Dominus salvos et incolumes conservet, ac modis omnibus tueatur.

Ex Sangermano, 27. Septembris M. D. LXI.

---

29. Sept. u. 6. Oct. 1561. **Gallasius ad episcopum Londinensem.** Mss. Argentor. Ex arch. Thomanis.

S. Quaenam fuerit *cardinalis Lotharingii* responsio ad orationem nostram Tibi antea, Reverende Domine, litteris meis aperte significavi; et quum in promptu aliquid objicere permissum non esset, res in octavum diem dilata est; ne eodem in loco tanta hominum frequentia ageretur. Adfuerunt enim solum hinc *Regina, Rex* et *Regina Navarrae,* aliique principes cum aliqua parte regii senatus. Illinc cardinales quinque cum episcopis nonnullis ac doctoribus. Nos ministri duodecim soli admissi sumus. *Cardinalis* responsioni ita satisfecit *Beza* noster, cui iterum easdem agendi partes commisimus, ut moderatis ac minime contentiosis omnem scrupulum eximere potuerit. Quid enim per ecclesiam intelligamus, quot modis accipi debeat, quoque modo differat ea quae sub aspectum cadit ab ea quae non videtur, quae sint ejus notae, aperte declaravit. Item quanta sit scripturae auctoritas, quo modo ecclesiam ei subjici oporteat, et quid pro traditione apostolica habendum sit. In notis porro ecclesiae declarandis, quum praeter puritatem verbi et legitimam sacramentorum administrationem successionem quoque a nonnullis addi dixisset, subjunxit: Hanc quidem notam negligi non debere, sed non esse perpetuam aut necessariam, quia saepe numero deficit atque interrumpitur; idque apertissimis exemplis demonstravit. Hinc velitandi occasionem sumpserunt adversarii, qui contendunt legitimam penes se solos successionem esse, nos vero pro nothis habere volunt.

Sed praecipue attendendam esse doctrinae successionem ostendimus. Nam sine illa frustra et inaniter personarum successio obtenditur. Hanc disceptationem, aut potius velitationem abrupit *Cardinalis* astute atque ex industria, ut nos ad aliam traduceret nempe ad quaestionem de praesentia domini in coena, ac testatus est suorum nomine, se ad alias progressuros

non esse, priusquam de hac inter nos consensum esset. Hoc enim potissimum agitari dicebat, atque addebat, nos istam de ea re disceptandi necessitatem intulisse, quod nuper disertis verbis sententiam nostram protulissemus, quae totam Galliam periculoso rumore compleverat. Orationem praeterea nostram jam typis excussam in vulgus emanasse. Objecerunt autem *confessionem augustanam*, ac petierunt an ei subscribere vellemus. Nos petivimus vicissim an ipsam omni ex parte approbarent. Tergiversari coeperunt. Objecerunt etiam alias quasdam germanorum ministrorum sententias, quas ad se missas dicebant, nec veriti sunt rogare atque etiam instare ut iis subscriberemus. Contra postulavimus, ut confessionis nostrae ordinem sequi liceret, ut sigillatim ac distincte omnia expenderentur, ac liquido constare posset, de quibus articulis inter nos conveniret, nam et ordo naturae et ineundae concordiae ratio postulat, ut ea quae planiora et faciliora sunt, priore loco tractentur. Huc etiam accedit, quod quum sacramenta pendeant a doctrina, de iis posteriore loco tractari decet. Sed nihil effecimus. Cardinalis enim perstitit in sententia sua. Exemplar articuli de coena domini ex confessione augustana excerpti, aut potius pars quaedam mutila nobis proposita est. Biduo post nempe XXVI hujus mensis rediimus, ac diximus, aperte nobis injuriam fieri, quod quum venissemus defendendae confessionis nostrae caussa, alia nobis obtruderetur, ad eamque subscribendam nos adversarii urgerent; id nos facturos esse omnino negavimus. Quod si priores ipsi subscribere vellent, diximus faciliorem fore viam qua conciliari, aliique ad alios mutuo accedere possemus. Negarunt se id facturos, aut ullius se addicturos in verba magistri. Ita a retibus illis, quae nobis tetenderant, liberati sumus. Tunc vero ex scripto recitatum fuit quidquid a nobis superiore die praetermissum erat, et quidquid ad declinandas adversariorum insidias pertinebat; sed potissimum urgebamus ea quae ad legitimam pastorum vocationem pertinebant, uti canonibus ipsis olim fuerunt constituta. Quae quum omnino adversariis deesse ostenderemus ac palam faceremus, ipsos multo minus quam nos de successione aut vocatione sua gloriari posse, perculsi sunt vehementer. Nec enim durius aut molestius quidquam audire potuissent. Itaque infremens *Cardinalis* animoque exacerbatus, rem belle habere dixit quod non tantum sacerdotalem sed etiam regiam dignitatem invadere vellemus; se vero a rege constitutos, in quem omnis potestas a populo delata erat. Sed id si redarguere auderemus, agendum nobis esse cum rege, cujus partes erant, suas leges et pacta tueri. Nos porro ignorare

rationem, qua ipsi constituebantur publice accersitis omnibus, ac de rebus ignotis argutari. Denique tota ejus oratio plena aculeorum fuit, quibus odium *Reginae* in nos excitare volebat, ac si regem tyrannidis accusaremus. Verum ea facile refutata ac retusa sunt. Nam demonstratum est eo magis patefieri et prodi eversionem veri ordinis et status ecclesiastici, quod in tanta rerum confusione, reges manum ei adhibere coacti sint; nec tum aliter tam gravi morbo remedium afferri potuisse. Quod attinet ad formas solennes, quibus in constituendis episcopis et pastoribus uti solent, satis cuique notum esse, quales ludi sint, neque pluribus de iis nos agere velle, nec enim nos in eam caussam ingressos esse, ut plene tractaretur, sed ut ostenderemus quanta esset in ecclesia rerum confusio, et quam immerito ministerium nostrum in dubium vocatum esset. His ita agitatis, in rem eucharisticam ingressus est atque nos cum emissariis doctoribus suis commisit, ipsi statim aggressi sunt expositionem verborum domini de coena, ac sententiam nostram rogarunt. Diximus, hoc demonstrare panem, ac corpus de eo praedicari, ut intelligamus panem esse signum corporis; idque veterum patrum auctoritate probavimus. Illi contra, hoc esse neutrius generis, nec posse ex regulis grammatices ad panem referri, sed esse individuum vagum, ac tantum demonstrari corpus; in eo Durandum secuti, quem *Gardinerus* vester imitatus est, nec ejus posterioris viri nomen subticuerunt. Ostendimus id naturae sacramenti repugnare, cui si desit signum, aut redigatur in nihilum, aut pro nullo habeatur, sacramentum esse desinat. Perseverarunt nihilominus vociferantes, Sorbonice atque sophistice argutantes usque ad vesperam. Diximus veteres omnes nobiscum facere, ac velle rem ex eorum scriptis judicari. Quia porro adversarii clamoribus ac tergiversatione vincere, aut saltem victores apparere volebant, nullo modo cessimus. Scimus enim qua impudentia se apud plebem jactare soleant; nec ante discessimus quam *Cardinalis* diceret, se locos Augustini, aliorumque veterum missurum esse, quibus postea responderemus. Ea tamen nondum accipere potuimus. Censebat autem rem in posterum scriptis agendam; quoniam aperiri multorum, ac praesertim procerum aures ad sermonem nostrum intelligebat.

Postea mutata est ratio nostrae disceptationis. Quinque enim delecti sunt, qui conferrent nobiscum; atque ii potissimum, qui prae ceteris doctrina et ingenio, atque etiam moderatione praestare existimantur

Valentinus Episcopus Saiensis episcopus Saliniacus Abbas Botillerius Abbas Spensius	his opponimur	Petrus Martyr Theodorus Beza Augustinus Marloratus De Spina Nicolaus Gallasius.

Aderunt duo scribae, quos utrinque constituemus. Heri cum ipsis convenire coepimus de ordine. Hodie hora prima post meridiem hic congressuri sumus, in aedibus regis Navarrae ac rem ipsam aggrediemur. Bene vale, vigesimo nono Septembris apud Sancti Germani 1561.

Quum is cui daturus eram has literas non accesserit addam alia pauca quae postea gesta sunt: Convenimus sequenti die cum iis quos antea nominavi ac tandem re diu agitata et disceptata in hanc formam consensimus. Nam cum ingressi essemus in rem eucharisticam, tametsi praeposterum ordinem esse fateremur, tamen in ea progredi, nec prius quidquam aliud agere voluerunt.

« Quatenus fides ea, quae nobis promissa sunt, praesentia reddit, atque ea fides vere apprehendit corpus et sanguinem Christi virtute spiritus sancti, eo respectu fatemur praesentiam corporis et sanguinis Christi in coena, in qua offert, donat atque exhibet Christus vere substantiam corporis et sanguinis sui: atque recipimus et manducamus spiritualiter et fide illud ipsum corpus, quod pro nobis oblatum et mortuum est in cruce, ut simus os ex ossibus ejus et caro de carne ejus ut ita vivificemur ac percipiamus quidquid requiritur ad Salutem nostram. »

Huic scripto cum assensi essent collocutores, dixerunt se episcopis et praesulibus, qui *Possiaci* erant, communicaturos, ac postridie redituros, ut reliqua persequerentur. Hoc enim actum est apud St. Germanum in aula Regis.

Postridie renuntiarunt se nihil a praesulibus impetrare potuisse, ideoque nonnihil addendum esse illi formulae, aliamque protulerunt in qua aliquid immutatum erat. Quod enim fidei tribuimus ad percipiendum corpus Christi in coena, id verbo tribuebant, idque ex industria factum animadversi, ut ambiguitate relicta, ad suum ipsi sensum illud scriptum postea raperent. Quod ne quempiam falleret admittere noluimus. Consensimus tamen ut formam scripti mutarent, modo nihil imminuerent de substantia. Haec igitur forma ipsis aptior visa est, atque ad ejus consensum se facilius praesules adducturos esse existimarunt.

« Fatemur Christum in Sacra Coena nobis offerre, dare

ac vere exhibere substantiam Corporis et Sanguinis sui per operationem Spiritus Sancti nosque recipere et manducare sacramentaliter, spiritualiter ac per fidem ipsum corpus quod pro nobis mortuum est, ut simus os ex ossibus et caro de carne ejus ut hinc vivificemur et percipiamus quidquid requiritur ad salutem nostram. Ac quoniam fides innixa verbo Dei, praesentia reddit ea, quae promissa sunt, per hanc fidem nos vere ac reipsa percipere verum et naturale corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi per virtutem Spiritus Sancti. Hoc respectu fatemur praesentiam corporis Domini nostri et Servatoris Christi in sacra coena.

Quamvis autem haec forma parum differret a superiore, sperarunt tamen eam Praesulibus probatum iri, eamque ipsis communicandam tulerunt. Nos vicissim diximus de ea cum nostris communicaturos, addendique ac declarandi libertatem nobis integram esse voluimus.

Quum hanc formam legisset *Cardinalis* mire approbavit, ac laetatus est quasi ad ejus castra transissemus, variusque rumor sparsus est. Sed posteaquam suis eam communicasset mutavit sententiam. Ab eo tempore auditi non sumus: nec redierunt colloquutores. Intelligimus etiam ipsos a suis objurgari quasi sentiant nobiscum aut colludant. Ubi plura intellexero ea ad te perscribam. B. V. vir amplissime nosque ut soles amare et nobis bene precari perge. Apud Sanctum Germanum 6. octob. 1561.

Tui observantissimus
N. Gallasius.

---

30. Sept. 1561. **Martyris de Sacra Coena sententia Possiaci exhibita.** Collect. Simler. Ex autog.

Reverendi Antistites ac doctissimi viri, cum videretur initus propemodum consensus de corporis Christi praesentia in usu coenae, vobis heri sum professus. quae mea de illo dogmate fides ac sententia esset, quam ut *heri* [1]) verbis expressi sic in praesentia de scripto recitare statui, quó certiorem ac magis perspicuam illam vobis faciam. Sentio itaque corpus Christi reale atque substantiale tantum in Coelis esse, fideles tamen communicando verum eius corpus, et verum sanguinem quae pro nobis tradita sunt in crucem, spiritualiter et per

1) Im Gedruckten: tum.

fidem veré percipere. Quare in pane ac vino coenae transsubstantiationem et consubstantiationem minime probo. Deinde affirmo nostrae coniunctioni cum corpore ac sanguine Christi locorum distantiam non obstare, quoniam Coena Domini res est coelestis, et licet ore corporis accipiamus in terris panem et vinum, sacramenta corporis et Sanguinis Domini, fide tamen et ope Spiritus Sancti animi nostri [2]) ad Coelum evecti praesente corpore ac sanguine Christi fruuntur. Et ideó assero, non opus esse statuere corpus Christi vere substantialiter et corporaliter adesse vel nobis, vel symbolis praesentia non locali. Res adhaec significatas aio non aliter conjungi symbolis externis, quám sacramentaliter, quód ab eis non prophané ac leviter, sed ex instituto Domini efficaciter significentur. Haec est summa fidei meae, quam in hoc dogmate sequor, et iccirco allatas formulas consensus ea ratione admitto, qua referuntur, vel accommodari possunt ad sensum iam explicatum: contra quem si quis illas vel rapiat, vel interpretetur, ab eo me profiteor dissidere. Cumque in hisce formulis fiat mentio substantiae corporis Christi, per illud nomen seu vocabulum nil aliud intelligo, quam verum Christi corpus: non enim fides nostra in rem fictam, aut phantasma dirigitur, sed in corpus humanum verum et naturale, quod verbum Dei ex beata virgine assumptum in crucem pro nobis dedit. Unde non est, quód ex ea voce credamur existimare praesentiam eius realem alibi, quám in coelis esse. Ego *Petrus Martyr Vermylius Florentinus* haec manu mea scripsi, et ore proprio sum protestatus coram Reverendissimis Dominis collocutoribus.

---

1. Oct. 1561. **Calvinus Bezae.** Collect. Simler. Ex copia archiv. Eccles. Bernens.

Binas simul literas heri abs te recepi. Si episcopis libuerit atque etiam permissum fuerit vobiscum disceptare non penitus (?) ingressi estis in Colloquium; sed nisi me fallunt omnes conjecturae, diffluxit tota illa spes. Utinam primo quoque die salvum te et recte valentem complectamur. Sed si quid vides in festinatione periculi, cohibeamus ambo nostrum

---

2) Hier hat das Gedruckte den Zuſatz: quorum inprimis est hic spiritualis et divinus cibus.

desiderium. Interea ne eorum importunitati nimium indulgeas quibus nec tua vita nec communis Ecclesiae salus curae est. Audio te maciem contraxisse, nec miror in assiduo tot negotiorum concursu: etsi autem multa extorquet necessitas nisi tamen valetudini tuae parcas, male nobis et Ecclesiae consulis. Caeterum si mihi obtemperas, ita prosequere quod coepisti ut saltem ad tempus valedicas larvis illis quarum mellitae blanditiae nihil praeter mortiferum venenum spirant. Nollem alios destitui, sed nisi me fallit tui videndi cupiditas utilis erit exigui temporis absentia. Tantum opportunitas expectanda erit ad quam sponte eris attentus. De Confessione Augustana scripsi diligenter ad *Comitem Erpachium* [1]) ut occurrat malis consiliis, fontem perfidiae ostendi et quantum diluvium inde erumperet. De fratribus nostris recipio quod scripsisti, non esse liberos, eorum nominibus in tabulas publicas relatis. Sed quia frater meus suo adventu vestras omnes contestationes delevit nihil est quod *Merlini* reditum impediat. De *Colongis* [2]) non audeo urgere, quia non potest impetrari a *Ducissa*, [3]) quod si hic esset tanta contentione eum postulant *Burdigali* ut ejus retinendi nulla spes sit; et nudius tertius *Cevalerius* [4]) in ejus aedes migravit, sustinueram hominis impetus, quos probe nosti. Tandem etsi aperte non cessi, continui me in silentio. Antequam hinc discederes scis de successore inter nos actum esse. Cur nondum res peracta fuerit aliquando cognosces. Sic quidem existimat senatus, obligatione solutum esse, quoniam de communi Collegii nostri sententia petita fuit simplex missio. Sed facit mors antesignani ut *Merlinum* retrahere cogamur. Causam hanc nuper subticui. Iniquissimum tamen esset *Vincentium* [5]) post tantos sumptus exhaustos a nobis deseri. Quid autem privatum unius hominis jus prosequor ac non potius objicio nefas esse fraudari suo jure Ecclesiam? Quinetiam hoc addo vestrarum partium esse vel adduere vel mittere hominem in ea lingua bene exercitatum. Si quem *Merlinus* secum adduxerit gratior nobis erit ejus adventus. Sed obsecro satagite ut inter maximas curas non sit haec postrema.

---

1) Oberhofmeiſter von Churpfalz zu Heidelberg.

2) Franz von Morel genannt Colonges. S. Hist. Ecclés. II. 465 und das 4te Capitel des 4ten Buches.

3) Renata die verwittwete Herzogin von Ferrara.

4) Anton Chevalier aus Caen in der Normandie gebürtig, war damals Profeſſor der hebräiſchen Sprache in Genf.

5) Ein Buchdrucker in Genf der wahrſcheinlich den Druck eines Werkes unternommen hatte, das durch die Entfernung Merlins ins Stocken gerathen war.

Tantum dispicite ut pius sit quisquis veniet, non ostentator sed ad ferendum laborem placide compositus. [6]) De linguae peritie Merlinus judicabit. Quod *Viretum* tantopere expetunt, quominus pridem voto suo potiti sunt per me non stetit. Nunc *Monspessulum* [7]) profectus est, quia hibernis hujus regionis frigoribus se imparem fore credebat. Sub finem hiemis transibit in *Vasconiam* et toto *Garumnae* tractu lustrato ad *Ligerim* descendet unde in *Normanniam* usque penetrabit. Ego autem moleste fero, me nulla causa et absque ullo colore quibusdam esse suspectum ac si qua aemulatione pungerer, quod non fuerim accitus. Perinde enim nuper mihi scripsit *Admiraldus* ac si excusatione ad me placandum opus esset. Tu autem optimus mihi es testis ut hanc provinciam semper defugerim. Mihi displicuit cum te serio obtestatus essem in discessu, ne de me verbum faceres, non satis officii, quod mihi deberi putabam, fuisse memorem. Sed vereor ne aliunde suggestum fuerit nescio quid, quia me ex suo ingenio multi aestimant; porro cum laeta simul et tristia ex omnibus provinciis istuc perferantur non dubito vos, ut par est, de sublevandis fratribus esse sollicitos. Arverni misericordia dignissimi sunt et causa eorum sua aequitate favorem conciliare debet. *Lugdunensibus* mature succurri totius Ecclesiae magni interest. Nunc in tota vicina ditione conscientiae expergiscuntur a suo veterno. Diceres oestris pungi. Ego autem respondeo me a novitate metuere. Cur enim mala ad quae occalluerant incipiunt nunc demum sentire? donec redeat olfactum frictionis, ut jocose dicere solebas, sequentur. Quodsi apud nos sis, frigebit eorum sagacitas. Vale integerrime frater una cum D. *Martyre* aliisque collegis quibus ego et fratres nostri multam salutem precamur. Dominus vobis adsit, vos gubernet suo spiritu et incolumes suo praesidio custodiat. Calend. Octobris 1561. Carolus Posselius tuus.

Excuditur brevis ad *Balduinum* responsio, quam proxima hebdomade accipies. Solatium luctus mei parum suave hoc fuit, scelestam tamen nebulonis audaciam refelli necesse fuit et volui testudinis socordiam oblique ulcisci. Habeat sibi tales delitias, modo nobis liberum sit cum ejus dedecore, quas alit pestes detegere atque hac de causa forte in linguam gallicam vertetur, quamquam nihildum constitui.

---

6) S. Beza's Antwort unter d. 21. Octob. 1561.

7) Viret hielt ſich zuerſt einige Zeit in Lyon, dann, wie die folgenden Briefe Virets (17. u. 31. Octob. 1561) zeigen, in Nismes auf.

3. Octob. 1561. **Beze à l'Electeur Palatin.**[1]) Mss. Genevens.

Monseigneur et très illustre Prince. Sachant le desir que peut avoir vostre Excellence d'entendre en quelle disposition sont les affaires de la religion en ce royaume auquel il a plu a Dieu m'appeller pour maintenir sa verité, et pareillement quelles sont les façons de plusieurs (qui ont) semé divers bruits parmi le monde pour empescher que la verité ne soit cognue, je n'ai voulu faillir a vous en escrire, esperant que selon vostre humanite que j'ai longtemps experimentée vostre Excellence excusera la hardiesse de laquelle j'use en cest endroict. Le faict donc est tel à la vérité. Le 9ieme de Septembre Je feis au nom des eglises francoises la harangue dont *Monsieur l'admiral* vous envoyt la copie, à quoy les preslats ne respondoyent aucune chose, sinon qu'ils prièrent le roy par la bouche de Monseigneur le *Cardinal de Tournon* de ne croire rien de ce que j'aurois dict et de demander un delay pour respondre. Je fus ouy avec une fort bonne audience de la part *du Roy*, de *la Royne* et aultres princes et seigneurs (et même des preslats) jusques à ce que parlant un peu plus avant qu'ils ne vouloyent du faict de la cène quelques evesques et cardinaux commencerent a murmurer, mays pour cela je ne laissay de parachever. Cela fut cause que le lendemain je presentay à la *Royne* une briefve declaration de mes paroles qui n'avoyent peu estre entendues comme verrez par la copie, qui en est imprimée. Huict jours apres *Monsieur le Cardinal* respondant pour les preslats ne print que deux poincts de nostre confession c'est a scavoir de l'Eglise et de la Cène et en dict ce que bon luy sembla. Je demanday audience pour luy respondre sur le champ, mays il ne pleut à la *Royne* la m'oltroyer. affin d'eviter tumulte. Il ne nous a esté possible depuis d'avoir copie de la harangue du *Cardinal* et ce neantmoins il nous y a falu respondre huict jours après, comme vous verrez per la teneur de ma response. Mais ce ne fut pas en si grande compagnie qu'auparavant. Car Messieurs les preslats croignoyent que le monde ne fut infecté de nos heresies, qu'ils appellent.

Sur nostre response deux Theologiens disputerent de nostre vocation et des traditions de l'eglise, mays, graces à Dieu, ils ne s'en allerent pas sans response. Et la dessus *Monsieur le Cardinal* au lieu de poursuivre en la conference

1) Aus der Minute Beza's.

nous meit en avant un petit formulaire de la matiere de la Cene, qu'il avoit extraict d'une plus grande confession faicte et signee par les *ministres du Duché de Wirtemberg* l'an 1559, nous disant que si nous ne voulions signer cela il ne passeroit plus oultre. Nous insistasmes au contraire qu'on disputast sur toute nostre confession de poinct en poinct, mays ce fut envain, qui fut cause que nous demandasmes delay de deux jours pour respondre. Au deuxiesme jour qui fut le XXVI de Septembre, nous fismes la response, dont Vostre Excellence pourra veoir la teneur. Nous y adjoustasmes une conclusion qui n'y est pas escripte laquelle porte ces mots: « Madame pour vous monstrer en brief quel desir nous avons de servir à Dieu et mettre vostre majesté en son repos, s'il plaist a messieurs *les preslats* disputer sur nostre confession nous en sommes prest. S'ils ayment mieux accepter la *Confession d'Augspourg* toute entiere nous serons encore plus pres d'appoinctement. Car nous nous trouvons d'accord de la plus part, et quant à ce qui reste, on nous trouvera toujours prests d'escouter raison et la parole de Dieu. [2]) S'ils ne veulent ny l'un ny l'aultre, ce n'est pas raison qu'ils se servent de la *confession d'Augspourg* pour augmenter les discordes. Car nous savons que l'intention des tresillustres *princes d'Allemagne* n'est pas telle, ny la nostre aussy, veu que leurs eglises et les nostres sont de bon accord contre ce que messieurs *les preslats* maintiennent, et ce qu'il y a de reste de different s'accordera bien entre nous quelque jour, Dieu aydant, par aultre moyen. Mais si messieurs les *preslats* ont quelque meilleure confession de leur doctrine qu'ils la mettent en avant, et nous sommes prests d'opposer au contraire ce que nostre Seigneur nous a apprins par sa parole. » Ayant ainsy conclud monsieur *le Cardinal* se trouva fort offensé, et mit en avant ce que bon luy sembla et nous respondismes de nostre part ce que Dieu nous donna. Il y eut aussi un *Jesuite* [3]) qui parla longtemps pour persuader à la *royne* de nous chasser ou renvoyer au *Concile de Trente*, mays ce fut si sottement, que je croy qu'il naura plus envie d'y retourner. Deux autres docteurs disputerent puis apres auxquels monsieur le *Docteur Martyr* respondit et moy aussy mais ce fut une fort grande confusion et desordre, tellement que rien ne peult estre conclu. Depuis on en a deputé cinq de chascune partie et deja

2) Comme toujours nous avons offert aux Allemands iſt ausgeſtrichen.

3) Laynez.

en deux conferences [4]) que nous avons eues nous avons commencé d'accorder quelques poincts de la matiere de la Cene, en esperance que Dieu nous fera la grace, que pour le moins l'equité de nostre cause sera cognue. Car ceulx qu'on a choisis sont, graces à Dieu, gens doctes et traictables et de nostre part, à Dieu ne plaise que nous cherchions sinon la verité et la concorde des eglises apres la gloire de Dieu.

Monseigneur, vostre Excellence peult aysement appercevoir par ce discours comme Satan l'ancien adversaire des eglises de Dieu, se voyant n'estre le plus fort en se servant de la papaulté, tasche de brouiller *les eglises de France* et *d'Allemagne* par ceulx qui n'ayment ni les uns ny les aultres. Cela seroit un grand malheur, non seulement pour les enfants de Dieu, mais aussi [5]) pour ce royaume que Dieu veuille conserver apres tant de travaux et afflictions qu'il a soustenues. Cela estant bien consideré selon l'excellente prudence que Dieu vous a donnée et à tant d'aultres tres illustres *princes d'Allemagne*, nous nous asseurons que vous scaurez bien descouvrir et empescher toutes les faulses et malheureuses entreprises et menees de ceulx qui vouldroyent bien nous ruiner les uns par les aultres et en faire leur triumphe, quoy qu'ils sachent bien se deguiser en toute sorte. Cependant nous avons bien à gemir de ce que toutes les eglises ne sont mieux d'accord mais [6]) nous esperons que Dieu quelque jours ayant pitié de nous, nous fera misericorde en cest endroict comme en tous aultres. De nostre part on peut bien s'asseurer que nous en chercherons tous les moyens a nous possibles, si jamais Dieu nous fait la grace d'avoir trefves et quelque liberté apres tant de miseres et persecutions, lesquelles ne nous furent jamais si griefves comme maintenant il nous seroit dur de [7]) veoir nos ennemis s'ayller avec nos propres freres pour nous empescher d'avoir quelque repos que nous desirons à bon droict tant pour la paix de l'Eglise que pour la tranquillité du royaume, le soulas de nostre *jeune roy*, prince d'une singuliere esperance, et contentement de la *royne* sa mere, merveilleusement bien affectionnée à ces affaires, [8]) avec les principaux seigneurs et princes de ce royaume.

---

4) Die am 29. September, worin bloß die Bedingungen feſtgeſtellt worden waren und welcher er nicht beiwohnte, zählt er nicht ſondern bloß die vom 30. Sept. u. 1. Octob.

5) Anſtatt: mais aussy etc. etc. hatte er zuerſt geſchrieben: et grande joye à nos ennemis communs.

6) Hier ſteht ausgeſtrichen: mais s'il se peut faire que la France.

7) nous veoir retardez ausgeſtrichen.

8) Beza ſchrieb dieß unter dem augenblicklichen Eindruck den ihm

Monseigneur et tresillustre prince ce sera l'endroict, ou treshumblement je me recommanderay a vos benignes graces priant, Monseigneur, Dieu qu'il maintienne vostre excellence en toute bonne prosperité.

En Sainct Germain ce troisieme Octobre 1561.

---

3. Octob. 1561. **Beaulieu à Farel.** [1] Mss. Neocom.

Salut par Jesus Christ nostre Sauveur.

(Pour) Vous satisfaire a vostre bon desir trés cher et honoré pere, je n'ay voulu faillir vous escrire de nos affaires depuis nostre departie d'avec vous, qui sont telles qu'estant arrivé en ceste sainte cité [2]) en joye et en santé *le penultiesme de Septembre*, fumes fort humainement reçuz de vos amys; ce qui donna grande joie et contentement a ma compagnie, laquelle entendit mesme de bouche le rapport que honorablement firent de nous nos seigneurs et freres de *Lyon*, qui expressement s'assemblerent pour cela dans ceste maison de la teste noyre, chose, graces a Dieu, fort contraire aux oprobres et vilenies que mes ennemys par dela m'ont faictes. Lesquels ce bon Dieu veuille regarder en pitié. Au reste il n'est besoin de vous escrire des graces inestimables que Dieu faict de jour en jour a ceste Eglise, d'autant qu'en cela j'entreprendrais chose plus grande que mon entendement pourroit porter. Je veux bien seullement vous raconter que de plusieurs endroicts, mesmement de *Lyon*, *Nismes*, *Gap*, *Grace* [3]) du pays *d'Orleans* et *poictiers* et plusieurs aultres endroictz, il y a gens ici qui demandent ouvriers pour ceste moisson nouvelle sur tous ceux de *Tournon* en *Agennois* [4]) font grande instance pour en avoir, car en ces pays la il y a encores plus de trois cents paroisses qui ont mis bas la messe et n'ont point encore de pasteurs.

---

die theilnehmende Freude der Königin verurſachte über die zweite von allen zehen Colloquenten einſtimmig aufgeſetzte Confeſſion über das h. Abendmahl. S. Hist. Eccles I. 615. S. auch das Ende des Briefes: Gallasius Episcopo Lond. 29. Sept. 1561.

1) Damals wieder in Neuenburg, zurück von ſeiner Vaterſtadt Gap, wo er eine Gemeinde angeordnet. S. Hist. Ecclés. III. 276.

2) Genf.

3) Im Departement der Aude, heute Graſſe genannt.

4) Um es von einem Städtchen Tournon an der Rhone im ehemaligen Vivarais (heut Dep. der Ardèche) zu unterſcheiden.

le poure peuple crie de tous costez à la faim et ne se trouve point qui leur couppe le pain celeste. Je ne fus pas si tost arrivé que ne fus sollicité de plusieurs, lesquels pour leur importunité me rendoyent tout honteux et aussi contristé que n'avois le moyen les secourir en leur extrême necessité: entre aultres ceux du dit *Tournon* ville du *roy de Navarre ayant mesme charge de leur Evesque,*[5]) employerent toutes leurs forces pour m'avoir et ne s'en fallut guieres qu'ils ne soyent venus a bout de leur pretendit (sic!): mais *monsieur de Pacy*[6]) a surmonté pour ceux de *Séant en Othe* a quatre lieues de *Troyes* en *champagne.* C'est merveille des auditeurs des lecons de *Monsieur Calvin* jestime quils sont journellement plus de mille. Monsieur *Viret* tient la campagne. du costé de *Nismes. Beraldus* a obtenu de Messieurs son congié gracieux et est en deliberation partir d'ici environ Noel a cause des frequentes maladies de luy de sa femme et enfans. Je vous envoye la Harangue de *Monsieur de Besze* prononcé dernierement devant le roy, laquelle apres lavoir veu Vous prie bailler a nostre bon amy *Monsieur le Chastelain Claude* clerc. *Bolotus*[7]) est envoyé à *Mascon sur saune.* jai entendu de gens dignes de foy que si pour le jourdhui se trouvoyent *quatre voire six mille ministres du Seigneur ils seroyent employez* louange en soit rendu a Leternel, par le moyen duquel jespere partir dici avec un gentilhomme honorable lundi ou mardi prochain[8]) pour aller en *France,* laissant icy ma femme, jusques au temps que Dieu me donnera l'opportunité de la venir querir, qui ne sera, comme jespere sans vous aller voir encore une fois. Cependant nous estant recommandez a vostre bonne grace et des Vostres aussi avec sainctes prieres je supplieray leternel de vous avoir toujours en sa sainte garde. Saluez s'il vous plaist nos chers peres et freres les pasteurs de Neufchatel. Je vous recommande aussi la paure Eglise de *La Bonneville.*
De Genève ce 3 October 1561.

Vostre humble frere, serviteur et amy perpetuel.
De Beaulieu.

---

5) Johann aus dem berühmten italieniſchen Geſchlechte Fregoſe.
6) Jakob Spifame Herr von Paſſy, ehemals Biſchof von Nevers. S. über ihn Hist. Ecclésiast. II. 155. 178. 185. 242. 370. 409.
7) S. über dieſen Mann: Hist. Ecclés. III. p. 187.
8) Alſo den 6. oder 7. Octob. Denn der 3. Octob., an dem der Brief geſchrieben worden, war ein Freitag.

3. u. 4. Octob. 1561. **Beza Calvino.** Mss. Genevens.

S. Secundae tertiae et quartae actionis summam ad te misi. Ab eo tempore mutata est colloquii forma, ex Reginae voluntate. Quid enim in tanta confusione obtineri potuisset? Delegit quinque ex adversariis quibuscum totidem ex nostra parte, hoc ipso loco, colloqueremur, adhibito utrinque notario. Ex adversa parte delecti sunt *Valentinus Episcopus, Sagiensis (de Saix)* [1]) *episcopus, Salignacus, Spensa, Botellerius.* Ex nobis *Martyr, Acanthius,* [2]) *Marloratus, Galasius* et ego. *Bis igitur* [3]) collocuti sumus de Coena. Ita enim illis erat praescriptum. Placida et benigna omnis fuit collocutio. Statim inter nos convenit de spirituali communicatione per fidem. De praesentia aliquid fuit controversiae. Sed huc tandem deventum est ut fidei praesens esse agnosceremus quod vere offerretur per fidem spiritualiter sumendum. Conscripta est formula quam utrique cum suis communicarent. Hinc exorta laetitia, omnium animis in spem concordiae erectis. Regina ipsa coram me complecti et hortari ut pergeremus. Respondi duo a nobis summo studio quaeri, veritatem et pacem. Esse quidem haec recte inchoata sed adhuc plane imperfecta. Nam de industria nihil in illa formula expresseramus de locorum distantia, et caeteris ejusmodi quae in proximam collocutionem rejeceramus. Tum igitur ita discessum est, postridie i. e. prima hujus mensis octobris, renunciarunt collocutores, noluisse suos nostrae formulae assentiri [4]) nisi certis quibusdam additis et quibusdam mutatis, ac se quidem indignissime ferre quorumdam morositatem sed nos magnopere hortari ut paci consuleremus. Nos re collata, comperimus quae addiderant magis pro nobis, quam pro illis facere. Quod autem mutarant tolerabile non erat quoniam verbo tribuebant, quod fidei erat, i. e. suo more volebant praesentiam inculcare, quae a verbis et

---

1) Oder vielmehr Seez in der Normandie im heutigen Orne-Departement.

2) d. h. Jean de l'Espine.

3) *Martyr* ad *Tigurinum* Senatum 6. Oct. «Sed tantum *ter* congressi sumus nec de alia re actum est quam de praesentia corporis Domini in Sacra Coena. Martyr zählt die vorbereitende Sitzung vom 29. Sept. welcher Beza nicht beiwohnte, in der aber nichts beschlossen wurde auch noch mit.

4) Sed cum ad Episcopos et cardinales rem detulissent illi quod erat conclusum non probarunt, imo accusarunt collocutores quod falsis dogmatis conniverent et jam haereseos suspectos habent. Idem Ibid. Sie giengen daher am 5. Oct. nach Poissy sich dort vor Bischöfen und Cardinälen zu rechtfertigen.

syllabis penderet, ac poterant quidem a se ipsis refelli, ut qui contraria simul ponerent. Sed placuit simpliciter respondere, nos de priore formula nihil hac in parte mutaturos. Addidit quoque *Martyr* [5]) explicationem pleniorem nostrae sententiae, qua tolleretur omnis μετουσια itemque συνουσια. Sed hanc explicationem placuit in proximum conventum differre, in quo videlicet his ipsis de rebus acturi essemus. Heri [6]) igitur nos et de transsubstantiatione et de adoratione acturos putabamus, quum ecce ad nos affertur quod semper expectaveramus futurum, conviciis nimirum exceptos collocutores a reliquis, et magnum inter eos certamen exortum. Hic est igitur quintae et sextae actionis exitus. Nos vero expectamus quid tandem sint inter se constituturi, ut et ipsi postea consilium capiamus. Quaeris autem quid speremus? nihil boni ab hominibus sed omnia a Deo. τῃ βασιλισσῃ nihil mutabilius, et nihil hic fere animadverto praeter αναρχιαν. Acres, diligentes, imperterriti sunt hostes. In nostris nihil simile. Sed Deus plane quis sit ostendet in rebus deploratissimis. Si, quod futurum arbitror, mox solvatur colloquium, protinus me in viam dabo et ipse tibi coram nuntiabo infinita quae scribere tibi nec possum nec volo. Sin minus, perdurabo sub hac cruce quamdiu visum erit Domino. Mitto ad te duas alteras nostras orationes in tertia et quarta actione habitas. Quid illi ex adverso responderint et omnium ultro citroque dictorum summa ex ipsis actis cognosces, simulatque absolvere potuero.

Quum haec heri scripsissem nuntium expectans ecce nobis gratissimae tuae literae datae 24 Septemb. Redditae sunt reliquae iis omnibus quibus inscripsisti. D. *Amiraldus* promisit se intra duos dies *Merlinum* nostrum absoluturum [7]) per quem etiam respondebit. *Gallasius* noster de invisendis *pictonibus* deliberabit. *Acanthium* cuperem mecum abducere, sed est valde infirma valetudine. De Nostro *Chandio* melius quiddam spero, quam quum ad te scriberem. *Pater me valde sollicitat ut se in reditu invisam quod ei negare non possum.* Sed omnino ad paucos dies me retinebit quia vestri desiderium ferre amplius non possum quum praesertim vos opprimi videam et interea nihil hic agi. *Legatus* hic valde friget et supra quam possis

---

5) *Martyr* l. c. Quod ad me attinet ad vos libentissime quantocyus redirem, nam quantum licet conjicere verendum est ne isti aliquod *Interim* cudant, i. e. non religionem puram atque synceram sed quippiam ex papismo et Lutheranismo conflatum.

6) D. h. am 2ten October.

7) Damit er nach Genf zurückkehre, wie Calvin begehrt hatte.

credere. Tantum vereor ne clam aliquid. [8]) Uxorem meam rogo ut sicuti facis pergas habere commendatam. Vinum quandoquidem tuo consilio vendidit, tu, ut spero, culpam lues. *Normandium* [9]) nostrum et omnes Collegas et amicos ego et nostri omnes cupimus plurimum salvere. Bene Vale, mi plurimum observande pater. D. Jesus tibi magis ac magis benedicat et tuas preces exaudiat. Ex *Sangermano* quarto nonas octobris

Tuus Beza.

Aufſchrift: A Monsieur D'Espeville à Villefranche.

---

5. Octob. 1561. **Beza Calvino.** Mss. Genevens.

S. Heri ad te scripsi nec potui fasciculo includere quae nunc mitto, tantisper dum acta integra aut saltem eorum summam conficio. Hac nocte febricitavit Rex noster, optimae spei, ut ajunt. [1]) Nunc melius habet. Responsum a praelatis hodie expectamus. Quidquid agetur statim rescribam. Bene Vale, mi pater et fratres meo nomine saluta. Ex *Sangermano* 5 Octobris.

Tuus Beza.

Merlinum puto cras profecturum. *Cardinalis* orationem mittam, simulatque potuerimus nancisci.

---

6. Octob. 1561. **Fornelet a l'Eglise de Neufchatel.** Mss. Neocomens.

Le Seigneur Jesus Christ, chef de son Eglise, qui vous a ordonnez pour paistre ses brebis, lesquels il

8) Martyr iſt in ſeinem Briefe an Zürich vom 17. Octob. ganz anderer Meinung. S. denſelben, gegen das Ende.

9) Der Herr von Normandie, ein Landsmann und Freund Calvins ehemals königlicher Statthalter zu Noyon, der ſich der Religion wegen nach Genf zurückgezogen hatte. Zur Stärkung hatte Calvin vor eilf Jahren (1550) ſeinen Tractat De Scandalis an ihn gerichtet.

1) Wie aufgeregt die Zeit war und wie alle Beſſeren hofften ſelbſt da wo wenig oder nichts zu hoffen war, bezeugt auch Languet den dieſe Nachricht in Paris ſchreckte: Ante aliquot dies sparsa fuit fama Regem esse mortuum. Consternatus ea fama, statim cucurri in aulam et deprehensi eam esse falsam. Jam Dei beneficio convaluit. Faxit Deus ut diu sit superstes, nam in dies meliorem spem de se praebet. Coepit jam discere linguam germanicam, nescio quam diu mansurus in ea sententia. H. Langueti Epist. P. II. p. 150.

a acquis par son precieux sang, Vous remplisse de ses graces et maintienne en saincte union par la vertu de son sainct esprit.

et catholicque relligion. Mais estant un bien qu'il fault attendre et esperer de l'infinie bonte de Dieu qui seul regist telles choses, Nous le supplions qu'il le nous veuille bientot donner et departyr tel qu'il scayt nous estre necessaire. Et qu'il vous ayt, Magnificques Seigneurs, en sa tressaincte et digne garde. Escript à St. Germain en Laye le 28 Jour d'octobre 1561.

Caterine.

Bourdin.

Auf dem Siegel:
Catherine par la grace
de Dieu royne de France.

---

29. Octob. 1561. **Le roi Antoine à Zurich.** Mss. Turicens.

Treschers et grands amis, Nous vous renvoions vostre venerable et docte *Pierre Martyr* auquel pendant qu'il a sejourné en ce royaulme tant pour le merite des grandes vertus dont il est orné que pour la recommandacion qu'il nous a apporté de vostre part, nous sommes essaiés (sic!) de lui faire tout le bon acceuil et honneste traictement qu'il a esté possible, et combien que toutes choses ne soient pas reussis selon l'intention pour laquelle il avoit esté mande, voullant possible Dieu nostre createur pour l'approbation de sa verite et la manifestation de sa gloire, que sa relligion demeure encores quelque temps en controverse, si vous rendrons nous ce tesmoignage du sien comportement et actions quil sy est conduict avecques toute la modestie et honnestete que personnage de tel nom et reputation comme il est pourroit faire à la grande satisfaction du *roy Monseigneur* et de la *royne* sa mere et de tout le conseil, vous advisant au reste quen tout ce que nous aurons moien de vous faire paroistre la singuliere affection que nous vous portons Nous y emploirons de tres bon cueur, sur ce nous prions Dieu, treschers et grands amys quil vous ait en sa saincte garde. Escript à St. Germain en Laye ce 29 jour d'octobre 1561.

«Le roy de Navre Vostre grand et bon amy
Antoine»

Brodeau.

---

30. Octob. 1561. **Beza Calvino.**

S. Valde sum sollicitus de tua valetudine, mi pater, quod ex postremis tuis literis cognoverim, ad podagram cholicos quoque dolores, cum infinitis incommodis conjunctos, accessisse. Utinam aliqua ratione praesens te possem sublevare et meam in te pietatem testari. Sed quando id fieri non potest precibus saltem assiduis et te juvabo quantum potero et me ipsum solabor. Sed rogo ut per amicos de rebus tuis saepe certior fiam. Nunc accipe laetiora.

Tandem impetravi, Dei gratia, ut fratribus nostris liceat secure suos conventus habere ex tacito duntaxat consensu tantisper dum solenni edicto meliora et certiora constituantur. Nam ex singulis parlamentis duo huc evocantur ad *diem decembris vicesimum*, qui supremas omnes curias repraesentent, ut auditis eorum suffragiis, quod a regio Consilio fuerit de statu religionis constitutum, deinceps firmum et ratum habeatur. Interea, ut dixi, literis ad Provinciales Magistratus scriptis fratrum securitati cavetur, idque diversis conditionibus. Nam in *Aquitania* spero fore ut nihil mutetur. In *Normannia* quoque optima est futura conditio. Alibi minor libertas erit, prout se habet fratrum multitudo et pro populorum ingenio. [1]) Atque utinam utriusque parem saltem curam gererent. *Lutetiae* fieri non potest in tanta populi rabie ut publici conventus concedantur. Tantum licebit fratribus in aedibus privatis occulte ad ducentos [2]) usque in singulis coetibus convenire. Quod si tumultuetur populus, auctoritate gubernatoris [3]) compescetur. Hoc ut illis nuntiarem nudius tertius eo sum profectus ex Reginae mandato. Gubernator omnia se facturum promisit, modo se contineant nostri intra suos fines. Nostri quoque mihi visi sunt acquiescere. Si quid moliantur hostes, novis remediis opus erit. Ego vero quid hic interea? Remansit mecum solus *Gallasius*, sed ad paucos dies, nam *Martyr* hodie discedet. Nullum non movi lapidem, ut saltem mihi liceret istuc excurrere. Sed nondum impetravi. Interea non deest quo me strenue exerceam. Providendum enim est ut viri

---

1) In der Gascogne alſo und in der Normandie, wo heut zu Tage am wenigſten Proteſtanten ſind, war damals beinahe Alles dem Evangelium zugethan!

2) *Gallasius* ad *Martyrem*. 25 Nov. 1561. «Ad vitandas seditiones in suburbiis solum conciones suas idque profestis diebus habere nunc coguntur sed non est praefinitus ut antea numerus.

3) Damals: La Roche-ſur-Yon.

boni ex Parlamentis evocentur et Ecclesiis consulendum, quae durissime quibusdam locis vexantur, et quotidianas querelas ad nos adferunt. Praeterea habendae frequentes Conciones, ut Principes in officio contineamus. Itaque totus nunc sum in eo ut ex tribus familiis nempe *Reginae Navarrenae*, *Condensis Principis* et *Amyraldi* [4]) unum corpus Ecclesiae constituam, suis omnibus partibus, quoad ejus fieri poterit inter istos aulicos tumultus, composita.

Perucelius suasu *Secheli* [5]) nostri accersitus est a Principe,[6]) ostendit nobis sententiam absolutoriam *Senatus Francfurtensis* et honorificum Ecclesiae suae testimonium, cui subscripserunt 112 fratres. [7])

Quid igitur ageremus? Hortati sumus ut se placidum et modestum deinceps ostenderet et *Holbracho* scriberet de reconciliatione atque etiam sese submitteret Ecclesiae judicio, si quid adversus eum vel *Francofurto* vel aliunde afferretur. Quae omnia nobis spopondit. Subscripsit etiam confessioni et disciplinae nostrarum Ecclesiarum et *Castalionis* blasphemias diserte et articulatim damnavit. Quamdiu autem hic versabor sedulo observabo hominem et officii admonebo. *Amyraldus* apud se *Virellum* habebit tantisper dum rescribatis, quid de *Merlini* nostri reditu possit sperare. *Navarrena* destituta est neque illi prospici potest *Lutetiae*. Itaque curandum nobis censeo modis omnibus, ut idoneus aliquis i. e. satis doctus et disertus et maturae aetatis mittatur. Ubi vero nanciscemur? dices, Ubi et quando dederit Dominus. *Sed plane digna haec est cujus maxima ratio habeatur.* Simulatque vero nacti fueritis, curabitis me admonendum, vel, quoniam fortassis abero, Ecclesiam *Parisiensem*, ut accersendus curetur, quem delegeritis.

De meo reditu scis quid cupiam. Quid expediat dum cogito, nescio quid constituere possim, vel etiam debeam. Sed quod dederit mihi consilium Dominus in ista ἀπορία id sequar et rogo te una cum caeteris fratribus, ut me hoc tempore, si unquam alias, precibus juvetis. Pudet me tam diu

---

4) His accessit quarta *Crussolii*. Beza Calv. IV Nov. 1561.

5) Der Herr von Sechelles ein Edelmann aus der Picardie, wahrscheinlich einer der Abgeordneten der Kirchen.

6) Condensi.

7) Er war Pfarrer der Gemeinde der französischen Flüchtlinge zu Frankfurt gewesen und hatte dort mit einem seiner Collegen Holbrac unangenehme Händel wegen der Kirchendisciplin. Er wurde Prediger des Prinzen Condé.

stipendia accipere a nostro Magistratu, cui nihil prorsus praesto, et si meae facultates ferrent, pecuniam Uxori mitterem. Sed Dei beneficio ita adhuc vixi, ut nihil pecuniae a quoquam vel acceperim vel petierim, sed interea nil supersit quod mittam quoniam in alios sumptus ac praesertim vestes omnia paene consumsi quae attuleram. Si tamen ita censueris, potius accipiat Uxor de eo, quod Magister ex me habet, quam gravetur ullo sumptu civitas, cujus scio decrescere copias, non onera. *Sansanisium* puto jam ad te pervenisse. Nondum inveni qui *Badvello* nostro succederet. *Sanellus* fortassis is erit. Sed nihildum certi possum constituere. *Normandium* nostrum expecto cupidissime. *Germani theologi* adhuc haerent *Lutetiae* expecto dum adhaereant, quamquam, ut arbitror, potius revertentur invisi. *Balduinus* quoque intra illa moenia se tenet, sive nos metuat, sive contemnat. *Navarrena*, *Condensis* cum socru [8]) et uxore, *Amyraldus* cum optima sua conjuge hodie expressis et solemnibus verbis mihi imperarunt ut suo nomine Tibi totique Ecclesiae plurimam salutem adscriberem. Ego vero, mi Pater, et oculis et toto pectore te fero et absentem, atque utinam non jacentem osculo et amplector, Deumque rogo ut Te nobis conservet atque una tecum fratres et amicos omnes plurimum salvere et valere jubeo. Ex Sangermano tertio Calendas Nov. 1561.

Tuus Beza.

Heri demum penitus patefacta sunt nefaria hostium consilia de abducendo *aureliense Duce.* [9]) Organon conjurationis fuit vicini nostri [10]) Consobrinus [11]) qui nunc undique conquiritur. Reliqua sensim patefaciet Dominus, qui nos mirabiliter adhuc servavit, et, ut spero, servabit. Sed precibus opus est, si unquam alias opus fuit, in ista αναρχια quae me anxium reddit.

Aufſchrift: A Monsieur d'Espeville à Ville franche.

8) Der Frau von Roye.
9) Condé hat ſchon am 10. Octob. davon an die Züricher geſchrieben.
10) Des Herzogs von Savoyen.
11) Der Herzog von Nemours.

31. Octob. 1561. **Viretus Calvino.** Col'ect. Simler. Ex copia in archiv. Eccles. Bernens.

S. Mitto ad Te exemplaria literarum, de quibus memini in postremis meis ad te literis, et historias *seditionis Monspessulanae.* [1]) Tu illa communicabis, quibus videbitur. De morte *Vivis* [2]) nostri certiora iam accepimus testimonia, ut iam nulla supersit dubitatio. Dominus aliquando sanguinem illum ulciscetur. Hic apud nos omnia sunt pacatissima, Dei beneficio. Ego, quoad possum, studeo in officio continere non solum nostros *Nemausenses*, sed etiam vicinos omnes: *Sed interea multis in locis et templa occupantur, et idola dejiciuntur sine nostro consilio.* Ego omnia Domino committo, qui pro sua bona voluntate cuncta moderabitur. Vale optime ac diutissime cum fratribus et symmystis et amicis omnibus.

Nemausi, XXXI Octobris 1561.

Tuus Petrus Viretus.

---

4. Novemb. 1561. **Beza Calvino.** Mss. Genevens.

S. Nihil hic accidit novi ex quo ad te scripsi. *Nemorsus* vel alicubi latet vel fuga sibi consuluit. Quid iis sit futurum qui abusi sunt ipsius stultitia, nondum resciri potest. Sed Deum spero paulatim eos ad judicium pertracturum, quanquam id fortassis tardius fiet, quam optandum esset, quoniam mirae sunt illorum fraudes, et in tanta consciorum multitudine plurima metuuntur. Summa conjurationis erat: abducto majore regis fratre [1]) urbem [2]) occupare, impetum in nos facere, denique et domesticis et externis armis omnia perturbare. Dominus qui in ipso articulo ista jam maxima ex parte patefecit, caetera, ut speramus, perficiet. Pridie Calendas Novembris solemni epulo celebravimus *Condensis* soteria, quod eo die superiore anno captus, nunc in oculis adversariorum vivat

---

1) Der Aufſtand begann am 16. Octob. Siehe die umſtändliche Geſchichte deſſelben Hist. Ecclés. I. 881 u. fol.

2) Anton Vives, Gründer der evangeliſchen Gemeinde zu Beziers, iſt auf Anſtiften des Gouverneurs Joyeuſe nächtlicher Weile gefangen genommen und in einem Waſſer, Pas-de-Loup genannt, ertränkt worden. Siehe die Geſchichte dieſes Märtyrers Hist. Ecclés. I. 879.

1) Es iſt dieß der Herzog von Orleans.

2) Paris.

et Deo vivo serviat. Mitto ad te exemplar literarum, quas tandem impetravimus. [3]) Utinam nostri sese saltem ad duos menses contineant. Nam ex eo conventu qui tum futurus est, majora etiam et certiora spero. *Parisienses* jam non possunt affluentium turbam continere, *adeo ut pro ducentis interdum sex millia conveniant.* Ego, etsi gaudeo propagari Dei regnum, tamen non desino monere et obtestari, ut sese modis omnibus contineant, quoniam istos impetus existimo freno potius quam calcaribus indigere et vereor ne impatientia certam victoriam nobis ex manibus eripiat. *Denique nostros potius quam adversarios metuo.* Jam venio ad meum reditum. Simulatque literas tuas accepi instare coepi multo etiam acrius quam antea ut mihi fieret abeundi facultas. Tantum abest ut impetrarim ut etiam *regina* [4]) *ipsa me accersitum expresse rogarit ut saltem ad tempus manerem.* Ego nec renui aperte, nec annui, sed me staturum arbitrio eorum dixi quibus sum mancipatus. Ideo sese istuc scripturos dixerunt, ut *trium mensium* tempus mihi prorogetur. Rogo ut semel statuatis me nihil prorsus cupere, nisi quod censueritis expedire. Causae cur mihi manendum multi existiment, hae sunt. Regina nescio quo modo libenter me videt, quod est apud multos testata, et reipsa sum expertus. Ideo cupiunt nostri proceres me hic manere, *quasi fidei et obedientiae nostrarum Ecclesiarum obsidem* tantisper dum in futuro illo conventu aliquid certi constituatur et ipsi conventui me volunt interesse. Huc accidit quod quatuor familiae (quarta enim jam, quae est D. *Cursolii*, accessit) cupiunt in unum Ecclesiae corpus coalescere, et Consistorii etiam disciplina regi, quod confici, nisi aliquo temporis spatio, ab alio fortassis, quam me uno, ut nunc res sunt, non potest. E contrario valde torqueor quum te laboribus opprimi et scholam nostram jacere video, quod sentio quotidie non modo non imminui sed etiam crescere, Vos igi-

---

3) Ich habe das Document ſelbſt nirgends auftreiben können. Aber der Extraict d'ung Mandement qui doibt avoir este faict en France touchant les assemblées des Sectaires envoyé à Christoph Herman, facteur des Fuquers (Fugger), ſcheint mir wirklich ein Auszug aus dieſem geheimen Conceſſionsbrief zu ſeyn. S. Mém. de Condé II. p. 531.

4) Calvinus Bezae. 19. Nov. 1561. Manendum omnino, nisi velimus causam prodere, quae nunc in summo cardine vertitur. Praecipue gaudeo reginam ita cupere, quia hinc certe colligere videor eam nihil dolose agere. Si qua tamen venerit morae excusatio, opportune metum et dubitationem levabis. Non enim credas quam anxie torqueatur senatus, dum vix te sibi posse unquam restitui putat.

tur, si ad vos scribatur, statuetis quod censueritis expedire. Ut scribant nunquam postulabo, sed ut vel me dimittant, vel statim nobis satisfiat, hoc urgebo. De mea valetudine satis bene hactenus habui. Nunc obrepsit catarrhus partim ex aeris et loci intemperie, partim ex importunis et assiduis laboribus. Huic igitur malo ut tempestive medear, cras *Lutetiam* cogito, triduum ibi ad summum haesurus. *Normandius* heri venit, quem quum ego viderem visus sum mihi te conspicere et veluti renasci. Caetera ex ipsius literis cognosces. *Martyr* noster cum honesto comitatu et bonis conditionibus tandem dimissus est, et iter, ut opinor, ingressus est cum *Marchionissa Rotelini.* [5]) Ea si ad vos venerit ingenue monebis ut majorem habeat filii curam, ipsum vero etiam objurgabis quod omnium improbissimos sibi conjunctissimos adhuc habuerit. *Burlinus* unus ex *Wirtembergensibus legatis*, peste interiit *Lutetiae.* [6]) Reliqui tres nempe *Dillerus, Bocquinus, Andreae*, ubi sint nescio, nec fortassis etiam resciscam. *Qui illos suo unius consilio accersivit Lupum nunc tenet auribus.* [7]) Ita fit ut nullis placeant qui omnibus placere student. Haec habui quae scriberem. Mi pater rogo ut pro me precari pergas una cum caeteris fratribus quos una tecum Dei gratiae commendo. Ex sancto Germano 4 Novembris.

Tuus Beza.

Uxoris factum moleste fero, neque id dissimulare potui in iis literis quas ad eam scribo. J'adjousteray ce petit mot que, graces à Dieu, *les choses sont bien changées, en peu d'heure, estant maintenant faicts gardiens des assemblées ceux là mesme qui nous menoyent en prison. Je crains seulement qu'il n'y en ayt qui par leur impatience en abbattent plus en un jour que je n'en ay pu bastir en un moys.* Loué soyt nostre Dieu quoyqu'il en advienne. Exemplar literarum quas ad te mitto [8]) vide ut diligenter asserves, ne a quoquam describatur. Ita enim promisi, et caussam facile potes suspicari. Iterum vale.

---

5) Martyr zog vor ſogleich abzureiſen und ſich mit den zwei ihn begleitenden Hauptleuten zu begnügen, um bei dem ſchlechten Wetter ſo bald als möglich zu Hauſe zu ſeyn. V. Loci Comm. p. 1144. Martyr Calvino 25. Nov. 1561.

6) Beuerlin ſtarb am 28. Octob. S. Pantaleon Heldenb. III. 415.

7) Nähmlich Balduin.

8) des königlichen Schreibens an die Machthaber in den Provinzen zu Gunſten der Proteſtanten.

Galasius qui solus adhuc mecum est vos salutat. *Badvelli* successorem adhuc quaero.

Aufſchrift: A Monsieur d'espeville a Villefranche.

---

5. Nov. 1561 — Carol. Joinvillaeus Rod. Gualthero. — Collect. Simler. Ex autograph.

S. D. Multis nominibus mihi gratissimae fuerunt tuae literae Vir ornatissime quas D. *Rosettus* [1]) attulit. Nam etsi ex his, quas noster *Ramboulettius* reddidit et ex ipso etiam intellexeram, quid rerum ageres, et qui valeres, cum reliquis omnibus mihi plurimum observandis Christi Ministris, tamen perjucundum fuit literas abs Te iterum accipere, quibus licet ea narres, quae piis omnibus molestiam afferant, audire nihilominus juvat, et inde fructum aliquem percipere licet, dum videmus ab una parte Sathanam cum suis flabellis omnem nunc lapidem movere, ut regno suo jamjam nutanti suppetias ferat: ab altera vero Deum nostrum e coelis despicientem furiosos impiorum conatus et ita suos armare, ut immanissimis hostibus non facile cedant. Quia porro literae tuae multa cognitu perutilia continere mihi visae sunt, eas D. *Calvino* ostendi; a quo paucis intellexi, cur diutius apud Vos D. *Rosettus* constitisset. Nec sane mihi dubium est quin Vobis tanta indignitas molestissima fuerit. Faxit Deus, ut eiusmodi pervicacia coerceatur, et, quod spero, brevi retundatur. Jam ut par tibi referam, atque ut intelligas, quam gratae mihi fuerint literae tuae: vicissim accipe, quae postremo ex Aula D. *Beza* scripsit, Colloquium esse abruptum: Episcopos tandem edidisse apud Regiam Maiestatem suos Canones: et cum ab illis pecuniae exigerentur, quibus ex parte Regis nomina, quae sunt immensa, expungantur, multa simul petiisse, ac inter alia, ut *Edictum mense Julio* publicatum contra pios omnes perpetuum sit atque inviolabile: eos non obtinuisse. Sed partim illorum astu, partim quorundam oscitantia, partim etiam eorum importuno fervore, qui Templa occupaverunt, factum esse ut Christus proditus sit, idque multo carius quam olim venditus sit a Juda: promisisse enim sedecim milliones francorum (quae ingens est pecuniae summa) intra sex annos una cum foenore

---

1) Michael Roſet, der Jakob Sturm Genfs.

persolvendos, atque ita impetrasse, ut nostri cedere Templis juberentur: quorum tamen obtinendorum ex ordinum postulatione spes facta saepius fuerat: utrinque adimi arma, vetari ne privati inspiciant in vicinorum mores, [2]) et ne alii aliorum aedes invadant: Magistratibus interea fieri potestatem inquirendi, neque sacrum illud edictum abrogari, quo publici privatique Coetus prohibentur. Sed ne sim prolixior in singulis referendis, brevi ex ipso D. *Martyre* omnia melius intelligetis. Scribit enim D. *Beza*, illum paulo post rediturum ad vos cum honesto comitatu. Ejus autem literae datae sunt XXIV. [3]) Octobris. Addit ille, *Guysianos* omnes serio discessisse, bonis omnibus invisos ac plerisque etiam malis, abiisse quoque ex Aula *Turnonium Cardinalem* et *Connestabilem*: *Legatum Papalem* discessum parare: ac probabile esse, istos aliquid simul moliri. Praeterea *Lutetiam* advenisse quinque Theologos Germanos a *Palatino* et *Wirtembergico* missos, inter quos est *Dillerus* ille, totus noster, et *Bocquinus*. En paucis quae habemus de *Galliae* statu. Sperant pii omnes aliquid libertatis sibi concessum iri, postquam hostes ita cesserunt: Rogandus est assidue Dominus, ut, quod coepit, opus suum prosequatur ac tandem perficiat. Tu, vir optime, si quid certius intellexeritis de bellis in *Germania* gliscentibus rogo significes, ac praesertim quid in *Glareanorum* causa constitutum fuerit, quidque *Sabaudus* suis artibus sit consecutus. Denique mihi, si placet, perscribas, quicquid cognitu utile fore judicabis, quod ego vicissim praestabo, si quid occurrat. D. *Calvinus*, *Budaeus* frater, et alii fratres et amici te pl. salutant. Ego vero D. *Bullingerum*, D. *Wolfium* et reliquos omnes ex animo salvere cupio. Tu bene vale Vir eximie. Genevae Nonis Novembr. 1561.

Unum omiseram, *Rambouletium* [4]) nostrum hic adhuc expectare quid respondeant illi, ad quos scripsit. nam consului, ne ad Patrem ita festinaret. Senis ingenium novi, quod non facile demittitur: satius putavi, si consilium eorum audiat, a quibus semper sustentatus fuit, quamdiu a patria abfuit, desertus a Patre et fratribus, qui praeter aulicas lautitias nihil spirant.

Carolus Jonvillaeus, Tui observantissimus.

---

2) D. h. Lebensweiſe in religiöſer Hinſicht.

3) Es iſt dieß der Brief vom 21. Octob. in dem zwei Datum ſtehen, das vorige und dann eine Nachſchrift vom 23. Octob.

4) Aller Wahrſcheinlichkeit nach war dieß ein junger Adelicher aus dem alten Geſchlechte derer von Angennes, Herrn von Rambouillet, wovon einer damals Biſchof von Mans war.

7. Nov. 1561. **Beaulieu an die Kirche zu Neuenburg.** Mss. Neocom.

Grace et paix de par Dieu nostre Pere et le Seigneur Jesus Christ vous soit multipliee. Amen.

Mes tres chers et honores pères et freres en nostre Seigneur. Pour cause des urgentes affaires de leglise esquelle ma faillu (sic) employer en mon endroict, sans avoir guieres de loisir comme encores nen aye guieres davantage a present pour escrire a mes amys, touttes foys ayant maintenant l'opportunité en main par le moyen de ceste homme de bien present porteur Je nay voulu faillir vous escrire ce petit mot pour vous advertir que loeuvre de Dieu sadvance merveilleusement par deça, maulgrè satan, principallement a *Troyes* en *Champaigne* la ou cest que le nombre des fidelles est fort grand. J'arrivay la le 16 en Octobre et fus receu fort humainement de plusieurs d'entreux. Ayant consolé l'eglise qui pour lors s'assembloit de nuit en maison occulte, je me retiray en ce lieu icy ou jestois attendu. De vous escrire comment j'ay este receu des gens de bien je ne le scauroys faire suffisamment. Nostre petite eglise croist a vue d'oeil, Dieu mercy, tellement que la grange qu'avons par faulte de temple ne nous peult plus contenir. De plusieurs lieux circonvoisins les poures gens de toutes sortes, signamment des gens doeuvre accourent vers nous comme affames de la pasture de vie. Nous sommes icy, Dieu mercy, en grande liberté, encores que nous soyons le plus petit nombre, nous sommes pourtant les maistres en tant que nous avons la justice pour nous, en toutes les plus grosses festes. Nous nous confions en Dieu que nous aurons tantost le reste. Nostre petit trouppeau a receu incontinant la discipline ecclesiastique qu'avons desja commence a prattiquer. Nous aurons ii diacres, six anciens et en avons aussi donné aux fideles de deux autres paroisses qui se sont adjoint a nous. Je suis logé chez le recepveur de la seigneurie, jadis prestre maintenant chrestien que nous marierons en brief. Nous ne sejournons guieres a la maison, ains souvent allons luy et moy escarmoucher la papaulte d'ung costé et d'aultre. Le cinq de ce moys je fus appele a *Villemor* qui est une petite ville a deux lieues de nous pour baptiser ung enfant, plusieurs des nostres me firent la compagnie avec grand nombre des circonvoisins. Ce que les chanoines du lieu ayant entendu desertèrent de grand matin leur service du vin et apres avoir mis leurs Dieux en sauveté gaigne-

rent a pied craignans que nous leur voulussions faire du mal. Ainsi Dieu les estonna tellement que ils nous laisserent la place au grand mecontentement de la populace. Et dans lung des temples je feis la predication puis baptisay lenfant et partismes tous de la en sauveté, ayant premierement dresse là leglise laquelle est maintenant jointe à la nostre. Aussi je avoys este a *Sens* le 22 d'Octobre, là ou je formay ung petit commencement d'eglise laquelle consolay le soir dans la maison dung advocat fort homme de bien. là où nous nous trouvasmes en nombre d'environ 30 personnes. Le lendemain l'assemblée fust d'environ cent personnes en la maison dung procureur. Ils me vouloyent retenir dadvantage avec eulx, mais les necessités d'aultres eglises me contraignirent partir plustost mesme que je neusse voulu. Jay grande esperance de ce bien la de *Sens* sil plaisoit à Dieu leur donner quelque homme de bien et docte il en pourroit advenir beaucoup de fruict en tant que *Sens* est un grand baillage et a des villages et villettes voysines qui sont deja fort advancés en la parolle de Dieu. Ils mont prie tant et plus leur vouloir donner adresse par devers vous, pour avoir quelcun pour quelque temps en attendant que l'Eglise de *Paris* leur ayt pourveu de quelque pasteur, homme de savoir et experimenté au faict ecclesiastique comme de longtemps on leur a promis. Pourquoy ne leur ay peu renier cest escript vers vous pour vous prier et tres affectueusement supplier au nom de Dieu leur vouloir assister encore que soyez fort pressez d'ailleurs et nayez pour le present beaucoup de gens en main propres pour ung tel lieu. Car il y a beaucoup de gens fort doctes tant legistes quautres et gens de grande apparence et beaucoup de connaissance dont on a bonne esperance. Sil vous plaisoit prester Mr *Mathurin de la Brosse* [1]) pour quelque temps seullement et que luy eust le moyen pour se mettre en ce temps en chemin avec bon vouloir, comme vous scavez tous que Dieu la doué de beaucoup de beaux dons au moyen desquels il pourroit beaucoup profitter en ce lieu là Je vous en voudroys fort prier et luy aussi. Asseurant bien de la part de ces gens de bien qu'il naura faulte d'aulcune espece et sera le tres bien venu avec eulx en tant qu'ils desirreroyent bien avoyr un tel homme meslé de toute bonne science principallement des langues. Au reste jespere vous voyr, aydant Dieu, après cest hyver, me recommandant cependant a vos sainctes prieres. Vous suppliant avoir

1) S. über ihn Hist. Eccles. I. 769.

ujours l'eglise de la *Bonneville* pour recommandée. Je ne us escris rien davantage de *Troyes* m'asseurant bien que on frere *Sorel* vous en aura amplement escrit.[2]) Daultres ouvelles aussi ce present porteur vous en pourra suffisamment former. etc. etc.

De *Seant*[3]) *en Othe* ce 7 en Novembre 1561.

Vostre humble frere et serviteur,
de Beaulieu.

Novemb. 1561. **Beza Calvino.** **Mss. Genevens.**

S. Ex postremis literis potuisti intelligere, quo in statu s nostrae versentur. Veni in urbem[1]) ut minanti morbo occrrerem. Sumpto pharmaco, Dei Gratia melius habere coepi, cras cogito in aulam[2]) reverti, i. e. ad quotidianas curas, ibus utinam possim sufficere. Sentio enim mihi multo plus imi esse quam virium. Sed inhumanum esset in istis temstatibus fratres deserere qui in me respiciunt, et absente e video jam in aula factum esse quod fortasse praesens imdire potuissem. Sunt enim coetus in suburbia rejecti et utum est ne festis diebus conveniatur. Hoc non multum orarer, nisi viderem tantum esse concurrentium fervorem ut de nihil aliud nasci possit quam illud ipsum quod nostri aepostere conantur effugere, nempe novorum tumultuum casio, in quibus video tantam esse nostrorum procerum tredationem ut quidvis adversariis concedendo audaciam eom confirment, a quibus nihil prorsus esset metuendum si salm virilem virtutem nostri illi simularent. Sed de his alias. eversus in aulam vel impetrabo missionem sicut postremis eris meis tibi significavi, vel saltem ut retentionis meae caus ad vos scribant, de quibus libere judicetis, quod absente e promiserant se facturos. Interea delata est ad me in unc urbem controversia prorsus nova et maximi momenti. am tu cognosces ex ipsius N.[3]) literis et quam multa in uaestionem cadant pro tua prudentia judicabis.[4]) Tantum te

---

2) Siehe dieſen Brief vom 13. Oct. dieſes Jahres.
3) Ein kleines Städtchen drei Stunden von Troyes in der Champagne in der Landſchaft Othe gelegen.
1) Nach Paris.
2) Nach St. Germain.
3) Regis iſt ausgeſtrichen.
4) Es iſt die Frage was man zu thun hat wenn katholiſche Biſchöfe er Pfarrer zum Evangelium über treten wollen.

admonebo quorundam quae operae pretium est ut noris. Quis antea fuerit *Episcopus* satis nosti. In *Conventu Possiacensi* nemo sese fortiorem et liberiorem praestitit. [5]) Sed interea magnae caussae sunt cur suspecta sit hominis levitas. In *Regio* [6]) jam pridem observavi ingenium paulo morosius quam par sit, et quandam naturae acerbitatem quae facile in superbiam transeat. Quanti momenti futurum sit quidquid hic statuetur, satis intelligis, et possum tibi affirmare, alios aliquot *Episcopos* esse, qui parati sint hoc exemplum sequi, si quid moderate statuatur. Itaque rogo ut istam causam non in hypothesi sed θετικῶς pertractes, et ita quidem ut eorum imperitiae aliquid condones qui exactam illam tuam brevitatem non satis capiunt. Crede mihi proderit multis hoc tempore tuus hic labor. Et quoniam tria praecipue hic a nobis quaerunt unum *quo adhibito examine sint istius modi homines admittendi; alterum quae sit in iis habenda Episcopalis vel alterius dignitatis ratio: tertium quid sit illis consulendum de temporalium, quas vocant, facultatum vel abjectione vel retentione*, rogo te ut tuam super his omnibus sententiam nobis exponere non graveris et quidem primo quoque tempore, quoad valetudo tua feret. [7]) Interea dum responsum tuum expectamus, censuimus illum esse in Ecclesia recipiendum, modo confessioni et disciplinae subscribat. Recepit quoque se vitae superioris veniam in publico coetu petiturum, *sed nescio an expediat hoc urgere.* Nutat *Salignacus*, homo omnium istorum doctissimus et integerrimus, quem optarem literis tuis instigari ut semel tandem aperte Christum ita profiteatur, ut impietatem etiam oppugnet, et Ecclesiae se conjungat.

Impudenter facio, mi pater, dum haec onera tibi impono, sed memineris mihi, homini plus quam credas imperito, nullum alium esse ad quem refugiam. Succurrit quidem mihi interdum quod respondeam, Dei gratia, sed mihi conscius imperitiae meae, *atque etiam facilitatis nimiae*, malo saepe obmutescere, quam temere in rebus tam seriis respondere: Sed ubi authoritas tua accesserit tum plane confidentem me senties. *Normandium* nostrum arbitror hodie ad suos profectum, ut statum rerum suarum penitus cognoscat. Uxorem et familiam tibi

---

5) Es iſt hier von Caraccioli, dem Biſchofe von Troyes die Rede.

6) Er hieß eigentlich Peter Leroy und war Prediger zu Troyes oder in der Umgegend. Er widerſetzte ſich der Aufnahme des Biſchofs in die evangeliſche Kirche. S. Hist. Ecclés. I. 765.

7) Dieſes Bedenken Calvins ſteht in ſeinen Epist. Edit. 1576. p. 339 kürzer und peremtoriſcher als man es erwarten ſollte.

commendo. Bene Vale mi pater cum collegis et amicis omnibus. D. Jesus te servet. *Parisiis* 9 Novembris.

Tuus Beza.

---

19. Novemb. 1561. **Calvinus Bezae.** Collect. Simler. Ex archiv. Eccles. Bern.

A Monsieur et bien aimé frere M^r^. de Beze.

Heri equo vectus ad Coenam, reperi hypocaustum calefactum, illic primo ingressu redditae mihi fuerunt priores tuae literae, quibus legendis dum intentus sum, vapor cerebrum percussit. Etsi autem cibus sternutationem compescuit, domum reversus sensi malum ingravescere. Paulo post alteras tuas accepi. Videbis, quid *Salignaco* scripserim. [1]) Ubi Epistolam legeris, tuo arbitrio vel supprime, vel reddendam cura. Non putavi lenius cum homine agendum, cujus torpor longo temporis tractu fere ad veternum usque obduruit. Utinam nunc saltem expergefiat, ac festinatione studeat notam superioris ignaviae abstergere. Caussam *Trecensis Episcopi*, in genere, ut optabas, tractavi. Brevitati tamen ignosces, ad quam me nunc adegit necessitas, cum alioqui mihi sit ingenita. Adde quod in hoc argumento mihi libenter tempero, ne videar leges quasi victis imponere. *Quod de praepostero nostrorum fervore scribis, verissimum est, neque tamen ulla occurrit moderandi ratio; quia sanis consiliis non obtemperant. Passim denuntio, si judex essem me non minus severe in rabiosos istos impetus vindicaturum, quam Rex suis edictis mandat.* Literis, quas impetrasti nihil aequius. Alii sua intemperie pessundabunt tantum beneficium. Pergendum nihilominus, quando nos Deus voluit stultis esse debitores. Ex quo literis tuis factus sum certior de indictione novi Conventus, [2]) de tuo reditu consilium mutasse iam ante intellexisti. Manendum omnino, nisi velimus caussam prodere et perdere, quae nunc in summo cardine vertitur; praecipue gaudeo, *Reginam* ita cupere: quia hinc certe colligere videor, eam nihil dolose agere. Si qua tamen venerit morae excusatio, opportune metum et dubitationem levabis. Non enim credas, quam anxie torqueatur Senatus, dum vix te sibi posse unquam restitui putat. Si nihil ab aliis, tuum erit aliqua spe

---

1) Siehe den Brief Epist. Calv. p. 261. erſt datirt XIII Calendas Decemb. 1561.

2) Die Verſammlung von je zwei Räthen aus den ſämmtlichen Parlamenten Frankreichs auf den 20ſten December.

recreare eorum animos. Praeteriti temporis silentium mihi adscribes, quod onus illud receperim. Negociator ille, [3]) qui merces germanicas opponere nobis voluit, pretium habet suae perfidiae. Sed miror ita pudorem exuisse, ut saltem non aliquid simulet. Si *Hotomanno* creditur, *Boquinus* a *Balduino* valde dissidet. *Normandio* nostro gratulor, quod tam comiter fuerit exceptus. Utinam ne more aulico. Sed optime spero, quod officia sua ultro polliciti sunt, quos serio loqui existimo. Vale integerrime et dulcissime frater. Dominus tibi semper adsit, Te gubernet ac incolumem tueatur. Nostri omnes diligenter te salutant. *Burgoinum* [4]) ablegare nos coëgit ejus imprudentia. Jam istic sciri arbitror, Ducem *Nemorsi* in nidum suum confugisse. Parum abfuit (quin) Praefectus *Gayensis* [5]) ignoto manum injiceret. Inde elapsus *Chansiacum* [6]) noctu pervenit, ubi trepide sciscitabantur ejus comites, essentne in ditione *Genevensi* an *Bernensi*, sumpto itineris duce in pagum *Lelusetum* (?) profecti sunt, ubi ex equis duodecim tres reliquerunt lassitudine semimortuos. *Gallasio* plurimam salutem et quibuscunque censueris. Valetudini, amabo, consule, ne te obrui sinas importunis laboribus, neque enim sine tristitia audio te extenuatum esse. Vale XIX Novembris 1561.

Carolus Passelius tuus.
(i. e. Calvinus.)

---

20. Novemb. (1561.) **Beza Genevensibus.** Mss. Genevens.

A noz tres chers Seigneurs et freres les ministres de l'Eglise de Genève.

S. Perferunt fratres *Molinenses* obstinatissima petitione ut ad vos scriberem de Ministro ad eos mittendo. Praemonui vix me sperare ut nanciscerentur quod petunt, nec ullum hic esse favori locum. Hortatus sum etiam (quod facere apud omnes soleo) ut quempiam potius istuc mitterent, qui brevi tempore ad ministerium instrueretur.

Sed obtinere non potui ut sententiam mutarent. Caeterum necesse non est ut hanc causam vobis commendem. Tan-

---

3) Franz Balduin.
4) Bourgoing.
5) *Le Bailli de Gex.*
6) *Cameriacum? Chamberi.*

n moneo dignos esse quorum, si fieri potest, ratio habea-
. De rebus nostris per alium scripsi, et cras, ut spero,
ibam. Bene Valete fratres plurimum observandi. D. Jesus
s confirmet et sanctis vestris laboribus magis ac magis bene-
cat. Ex Sangermano 20 Nov. (1561.)

---

i. Nov. 1561. **Gallasius Martyri.** Collect. Simler. ex απογραφη. Eccles. Bernens.

Cl. V. D. Petro Martyri, S. Literarum professori,
Domino et Patri in Christo observandissimo.
Tiguri.

S. Literas quas nuper e *Scotia* per Legatum Anglorum
cepi, ad te mitto, Reverende Pater: ex quibus, ut arbitror,
clesiae illius statum intelliges. Nec enim tibi puto minus
nificari, quam mihi de reducta in Regiam missa, quae prius
toto regno exulabat. Hic ex quo discessisti, nihil novi ac-
m est. Pergunt *Parisienses* nostri, ut coeperunt, *multaque*
minum millia in dies Ecclesiae sese adjungunt. Ad vitandas
ditiones in suburbiis solum conciones suas, idque profestis
ebus habere nunc coguntur. Sed non est praefinitus, ut
ntea, numerus. Nulla fere est civitas, nullum oppidum in
allia, ubi motus aliqui ob religionem excitati non sint; sed
nulatim sedantur, et nonnulla nostris libertas datur. Hactenus
aula nobis commorandum fuit, ut laborantibus Ecclesiis
em aliquam ferre possemus. Nullus enim dies praeteriit a
o discessu, quo plures querelae ex variis locis ad nos dela-
e non sint. Nunc mihi abeundum est, satis adverso et mo-
sto tempore. Sed diu nimis abfui ab Ecclesia mea,[1]) in qua
riae in dies turbae excitantur. *Beza* isthic adhuc haerebit
iquo tempore, ac forsan diu, ut rerum usus ac necessitas
quiret. Dominus te salvum et incolumem diutissime con-
rvet Ecclesiae suae. D. *Bullingerum* et *Gualtherum*, cete-
sque fratres in Domino ex me quaeso reverenter saluta.
utetiae XXV. Novembr. 1561.

Julium tuum tuosque omnes
pl. salvere cupio.

Tui observantissimus
Nicolaus Gallasius.

1) Gallica Peregrina Londini.

---

25. Novemb. 1561. **Bèze aux freres de Lyon.** Mss. Genevens.

Très chers fréres je vous prie vous persuader que les nouvelles que vous aurez déjà entendu, ou que vous entendrez bientôt touchant vostre retraite aux fauxbourg nous sont moins agreables qu'à vous mesmes et que nous avons faict tout debvoir de nous y opposer en toutes sortes á nous possibles, mays il n'a plu à Dieu, pour ce coup, de nous octroyer ce que nous avons requis, et qui estoit plus que raisonnable. Cependant au nom de Dieu gardez vous de vous refroidir, ny perdre courage pour si peu de chose. Je dy peu de chose pour ce que cependant le principal demeure sauf et combien que cela baillera d'occasions à nos adversaires de devenir plus fiers, considerons que nostre victoire gist en patience, et que tant plus le meschant s'egaye, plus il approche de sa ruine. S'il semble que nous reculions au lieu d'advancer, si ne fault il pas tourner le dos, mais au contraire se preparer á mieux saulter quand Dieu nous en donnera le temps, selon qu'il sait estre expedient. Nos freres de *Paris* ont eu une pareille [1]) Mais Dieu a merveilleusement béni leur patience, tellement qu'il fault reconnaitre que Dieu s'est servi de ce moyen, pour eviter un mal beaucoup plus grand qui ne pouvoit faillir d'advenir á ce qu'on en peult voir si telles assemblées de 15 à 20 mille personnes se fussent faictes dans le corps de la ville. Quoyque soyt souffrons que Dieu nous mesne où il lui plaira, pourvu qu'il soit avec nous. Ceci n'est pas pour excuser la faulte de ceulx qui l'ont commise, mais pour vous exhorter de faire un profit de tout au lieu de vous estonner et prendre quelque conseil qui vous apporte nouvelle peine ou qui ouvre la bouche à nos ennemis. Car estant si effrontés sans qu'on leur en donne occasion quelconque de se plaindre, que feront ils, á vostre advis, s'ils peurent avoir matiere de nous charger de la moindre rebellion du monde? Il y a un bien davantage, c'est qu'il fault necessairement moyennant la grace de nostre bon Dieu que ceste assemblée du vingtiesme du prochain mois [2]) apporte quelque reglement. Il reste de faire le mieux qu'on pourra attendant ceste resolution, continuant en priéres et crainte du Seigneur

1) Hier fehlt ein Wort. Sollte es heißen: douleur?

2) Die Verſammlung der Notabeln aus dem Adel und der Magiſtratur, zur Berathung einer Verordnung über die Religionsangelegenheiten. Sie war auf den 20. Decemb. anberaumt.

á ce qu'il lui playse du tout mectre Satan soubs noz pieds. Vous pouvez aussi envoyer requeste et cependant temporiser, s'il est possible, sans estre chargé de rebellion. Si vous craignez une surprinse il semble que vous pourriez vous departir en petites troupes et jamais ne laisser vos maisons degarnies, les ungs demourans jusqu'au retour des autres et plutost vous contenter d'ouyr moins souvent ce que Dieu nous donnera en quelques jours en toute abondance si ainsy est qu'il y ayt faulte de pasteurs pour suffir tous les jours á plusieurs assemblées. Bref j'espere que nostre Dieu, qui adoulcit toujours l'affliction par quelque consolation, vous donnera conseil ou adresse pour proufiter de jour en jour des empeschements mesmes que Satan et ses adherans vous cuident faire. Et de nostre part asseurez vous que, Dieu aydant, nous ne defauldron a nulles occasions.

Tres chers freres, ce sera l'endroit ou je me recommanderai à vos bonnes prières priant nostre Seigneur vous tenir en sa sainte garde. Je salue nommément mes freres et fideles pastenrs de vos assemblées. En St. Germain ce 25 Nov. 1561.

T. de Besze.

---

25. Nov. 1561. **Beza Calvino.** **Mss. Genevens.**

S. Triste illud, quod postremis tuis significasti, te ominari jam pridem me torquet. Restiti quantum potui sicut brevi cognosces. Sed tandem mihi faciendum fuit quod solent qui recto cursu non possunt in portum penetrare. Hyemem illis, pro eo quod petebant, (nempe ut semel huc migrarem) concessi, sed duplici addita conditione. Una est, si ita censueritis. Altera si post Decembris conventum videro operam meam his Ecclesiis esse necessariam. Jam vestrum est judicium a quo ne latum quidem unguem discedam. Quod si nosses quot et quam multorum precibus restiterim, certe non modo difficilem sed etiam obfirmatum et pertinacem esse me diceres. Quid cupiam nosti, quid expediat non possum satis constituere, quoniam in diversas partes rapior. Dum cogito tuos labores, scholasticorum multitudinem, [1]) urbis nostrae commoda, meam denique quietem quam ego semper, Dei gratia, *omnibus istis inanibus splendoribus anteposui*, totus istuc gestio

---

1) S. Beaulieu au Farel. 3. Octob. 1561.

avolare. Sed dum vicissim considero nostrorum [2]) tarditatem, nisi singulis momentis excitentur, occasiones maximas, opinionem quam de me, nescio quo modo, plerique hic conceperunt, denique plurimarum Ecclesiarum preces, quae necessario tempore se a me deseri queruntur, si tam cito, ut loquuntur, discedam, totus haereo et vestrum judicium suspensus expecto. Itaque intra biduum hinc proficiscetur qui nostrorum procerum literas ad vos super hoc negotio perferat. Interea vos praemonitos volui, ut temporis aliquid ad deliberandum habeatis. Jam de rebus aliis accipe.

Plurima nobis in singulas horas nunciantur de hostium conjurationibus. Nostros interea non video magnopere commoveri, quamvis monere, hortari atque etiam libere objurgare non desinam. *Dux Nemorsi* qui *Aureliensem* intercipere voluerat, excusationes misit, sed quae accusationem plenissime confirment, et conscios valde gravent. Itaque captus est is quem miserat, et nunc ex vinculis causam dicit. *Guisianus* [3]) fortiter se excusat, et ludicram in filium [4]) quaestionem quam in suorum consessu habuit huc misit. ἡ βασιλισσα suo more pergit. Tres ejus filios scito mirabili esse indole et quales pro aetate optare possimus, ne medio quidem excepto, cui mirabiliter profuit quod ille est conatus. Prognostica quae misisti jam erant huc perlata et illud ipsum animadversum de quo scripsisti. Res, ut spero, curabitur, quamquam mirus est quoque hac in parte quorundam stupor. *Anglicum illud negotium* tardissime procedit, unius legati culpa. Aquam e pumice jam pridem conor exprimere, sicut vere et eleganter scribis. Sed nihil proficio. Ero tamen in omnes occasiones intentus ut nostra jactura sarciatur. [5]) Ecclesiam Dei gratia coepimus hic constituere, et proximo die Dominico [6]) Coenam, Deo juvante celebrabimus. *Navarrenae*, *Condensi*, *Posidonio* et eorum uxoribus, salutem dixi tuo nomine, sicuti jubebas, quod illis fuit gratissimum. Sed illa non desinit Ministrum petere, et *alioqui se passuram negat* ut a se discedam. Quaeram igitur undique ut me saltem hac ratione redimam. Quoniam instat

---

2) Der Großen nähmlich.

3) Der Herzog Franz von Guiſe.

4) Das war der älteſte, damals noch nicht ganz 8 Jahre zählende Sohn des Herzogs, der zur Zeit des Entführungsverſuches um den Herzog von Orleans. Er war ſpäter bekannt unter dem Namen Herzog von Mayenne.

5) S. Gallasius Martyri. 25. Nov. 1561.

6) Da der 25. Nov. an dem der Brief geſchrieben worden ein Donnerſtag war, ſo fiel der folgende Sonntag auf den 30. November.

Adventus quem vocant, neque dubium est quin clamosi et rabiosi isti suo more acuant populorum furores,[7]) suasi ut literae ad singulos episcopos mature scriberentur, et impetravi, quarum exemplar ad te mitto. Istius modi literarum tantam non esse apud plerosque authoritatem, quantam esse oportuerat, res ipsa ostendit, et quotidie experior, sed quid agas dabit *Deus* his quoque finem. *Lugdunenses* fratres in Suburbium rejici molestissime fero, sed quod mutari nunc quidem *non potest*, ferendum censeo, qua de re ad eos diligenter scripsi, et rogo ut tu quoque statim scribas quoniam eorum impatientiam luerent omnes Ecclesiae, et certum est adversarios nihil aeque captare, atque hoc unum ut bello civili occasionem primi praebeamus. *Theologi germani* heri discesserunt. Nihil prorsus cum illis actum. Tantum praetexuit *Navarrenus*, tardius venisse, et hortatus est ut apud suos principes agerent de habendo aliquo colloquio et tota illa controversia componenda, *qua de re quoque privatim cum illis egi* et ad illustrissimum *Palatinum* scripsi, quam diligentissime potui. *Balduinus* tandem in lucem prodiit e suis latebris et libellum in te edidit virulentissimum. Authores mihi quidam erant ut eum ad te non mitterem, sed respondi te ea fortitudine animi esse ut facile istum canem contemneres. Ego vero fateor me cum nostro *Galasio* ita fuisse ista indignitate commotum ut febriculam etiam senserim. De responso vero sic statuo, non esse illi alium opponendum quam *Crispinum* ipsius conterraneum, a quo etiam non abstinuit. Sed nisi aliud tibi videtur, *vellem ipse Apologiam scribere sub ejus nomine*, sed oporteret me amplos commentarios istinc habere earum rerum quas attingere necesse fuerit ut omnibus suis coloribus iste rabula depingatur. Itaque multa jam mihi *Galasius* et *Boquinus* suppeditarunt, et *Argentinam* ad *Hottomannum* scripsi ut et ipse mittat quaecunque judicabit ad hoc argumentum pertinere. Jam vero si cupis intelligere quid hic agat, Miser ille noster[8]) quamvis a me praemonitus, tamen cujusdam consilio usus, filium suum *nothum*[9]) circiter 16 annorum, educandum et *Lutetiae* instituendum commisit. Audio stipendium habere 1300 librarum quibus sese et totam illam familiam alat. Ita factus est ex juris consulto paedagogus, tantisper scilicet dum pinguiore

---

7) Die katholiſchen Prediger und die Mönche in ihren Adventspredigten.

8) Er meint den König von Navarra.

9) Dieſer Baſtard hieß Karl. Seine Mutter war die berüchtichte Luiſe de la Beraudière Fräulein von Rouet.

conditione oblata, suo more ad alium se conferat. Putabat fore ut *Valentiae* doceret, [10]) cum amplo stipendio, et hac spe *Palatinum* deseruerat. Sed episcopus [11]) a me admonitus tempestive de *Hottomanno* cogitavit, quem etiam per literas accersivit. Et hoc quoque gravissime, ut video, istum pupugit. Denique monstrum istud mihi trade, neque dubita quin a me pro dignitate tractetur. Superest unus *Normandius* noster de quo scribam. Accepi hodie ipsius literas quas ad te mittere quam exscribere malui. De rebus meis privatis cras copiosius scribam. Bene vale mi observande pater cum fratribus et collegis omnibus quos utinam una tecum Dominus salvos et incolumes conservet. Ex Sangermano 25 Novemb. 1561.

Tuus Beza.

Quando id mihi video per tabellarium licere hoc etiam addam quod cras eram scripturus. Decumbens ex senectute pater me his ipsis verbis gallice scriptis accersivit: « *Quod nondum veneris, fili, ignosco quoniam publica privatis sapienter anteposuisti. Sed vide memineris quid parenti quoque debeas, et ut primo quoque tempore hoc facias, quum licebit. Volo ut frater quoque tuus qui istic est, cum uxore veniat, et uxorem quoque tuam quum veneris, accersas, quoniam praesentibus vobis omnibus meis liberis institui testamentum condere, et, si Deo ita videbitur, mori. Itaque si sororem quoque tuam, quae nunc mihi unica filia est, possitis e monasterio adducere, gratum mihi officium feceritis.* » Haec ille totidem verbis. Itaque secunda hujus mensis [12]) illuc cogito, et qui istuc [13]) perferet procerum nostrorum literas, uxorem quoque meam si modo ita vobis videbitur, simul ad patrem adducet, ubi tamen non puto fore ut eam aspiciam, quoniam necesse ut *vicesima decembris* hic me sistam in illo quem dixi conventu. Sed de his plura cras scribam, nec fortassis illam expedit de profectione [14]) praemoneri ne vani rumores spargantur.

---

10) Er hatte nähmlich gehofft Monluc Biſchof von Valence würde ihn an der dortigen Schule anſtellen.

11) Joh. von Monluc, der ſich damals zu den Proteſtanten neigte.

12) Dieß iſt natürlich ein lapsus calami für: proximi mensis.

13) Nach Genf.

14) Beza's Abreiſe. Weil er der weiblichen Verſchwiegenheit nicht genug traut.

26. Nov. 1561. **Farellus Calvino.** Collect. Simler. Ex copia Eccles. Bernens. archiv.

A Monsieur

Monsieur Calvin, a Genève.

Appuli Sabbathi *XV.* exceptus supra spem, coepi concionari non mane, ut optabam, propter pauperes, quorum tunc in Templo erat conventus, sed a prandio frequenti admodum populo, adeo ut maior pars extra Templum esset, pacate omnia. Syndici rogarunt eum, qui nomine Episcopi est velut Gubernator, ut cum suis prohiberet, ne quid motus fieret. Quod is diligenter et ex animo fecit. Prosecuti sumus Lunae et Martis omnia pacate. Martis XVII. veniunt ad me primus Syndicus cum procuratore regio, orant ut ad Vicebailivum veniam, quo me deducent et reducent. Adii, honorifice satis compellor ab eo, qui ex edicto Regio mense Julio indicat: omnes coetus prohiberi, et nihil fieri praeter receptum morem, rogatque quis me vocasset, qua auctoritate concionatus fuissem? Ad singula respondi valde benigne, sed ut oportebat juxta Verbum Domini, cui me parere et omnes oportet. Secedere jussus, ubi revocor, quia indicabam fratres qui in Colloquio [1]) egerant coram Rege, palam concionari, et *Lugduni* et alibi Ministros Verbi docere non admissos ab Episcopis, rogavit, ut tantisper supersederem a concione, donec *Senatum Gratianopolitanum et Gubernatorem* certiores omnium fecisset. Multis egi hortando ut Verbum audirent, et Domino, a quo potestatem habeant parerent, indicans, quae eos manerent bona, et judicium, quod imminet omnibus, qui contra faciunt (sed id verbis amicissimis) nec moleste ferrent, si Domino potius parerem. Reductus fui honorifice, et perrexi, et primum baptizavi puerum. et ad diem Lunae [2]) nihil motum. Sub vesperum ad sonum tubae proclamatum fuit ne ulli fierent conventus, redderentur templa, et in crastinum, ubi redirem a concione, Minister Vicebailivi cum literis me tremens convenit, indicat quod literae habeant. Ego tantum exemplar petii, quod ad te mitto. Fratres ad me venerunt post prandium, et invocato Domino omnes receperunt, se constanter in confessione Evangelii perseveraturos, pro quo tam multi obierunt.

---

1) Zu Poiſſy.

2) Der 26. Nov., Datum dieſes Briefs, war ein Donnerſtag, der vorhergehende Montag von dem hier die Rede iſt war alſo der 23. November.

Causam susceperunt, et adierunt virum qui valde tinnivit cum his, qui aderant et petierunt, ut omnium, quae egisset, exemplar daret, quo possent Regem, et quos oportet adire. Quod ille recepit se facturum. Solus est qui turbet. Multa dicitur egisse contra Urbem indigna. Si compescatur, spero in pace Evangelii magnum progressum. Tibi notum esse credo, qua via apud Regem sit agendum. Opto ut nos adjuves, sed potissimum precibus et sanctis consiliis. Vale mi frater omnium amandissime. Cupio omnes Collegas salvos. Vapinci[3]) XXVI. Novembr. 1561.

Nostri omnes reverenter te salutant. Tuus Farellus.

---

28. Nov. 1561. **Beze aux Seigneurs de Geneve.** Mss. Genevens. (Staatsarchiv.)

Magnificques et tres Honorez Seigneurs. Je ne saurois assez vous remercier de tant de bien et d'honneur que j'ay reçeu de vous estant par de la, non seulement en ma personne, mais aussi à l'endroict de ma femme et de toute ma famille, mesmes durant mes absences beaucoup plus longues que je ne desyrerois. Vous en cognoistrés les occasions par les lettres que les principeaux Seigneurs de cette *Court* vous en escripvent, sur lesquelles il vous plaira deliberer, et m'ayant fait entendre vostre resolution, je tacheray d'y obeïr en toutes sortes, et vous supplie, tres honorés Seigneurs, vous asseurer, que je n'ay n'y païs, ni chose quelconque en ce monde, que j'estime me toucher de plus près que vostre ville, en laquelle il vous a pleu me recevoir, et que jamais jour de ma vie je ne seray las, Dieu aydant, de vous faire tout service, en quelque endroict que je me puisse trouver, autant que mon petit pouvoir le pourra porter.

Magnificques et tres honorez Seigneurs, attendant que nostre bon Dieu me fasse la grace de vous revoir comme je le desire, je vous supplie recevoir mes tres humbles recommandations et me continuer en vos bonnes graces, priant nostre Seigneur vous conserver et benir de plus en plus, á la gloire de son Sainct nom et prosperité de tout vostre noble estat. En St. Germain ce 28 Novembre. (1561.)

Votre tres humble et tres obeissant serviteur.
T. de Besze.

A Magnificques et tres Honorez Seigneurs Messeigneurs les Syndics et Conseil de Genève.

---

3) Gap.

S. Nunc igitur constituetis quid mihi sit sequendum usque ad *Vigesimum Martium*. Uxorem accerso non tam ex mea quam ex Patris voluntate, apud quem opto ut maneat saltem aliquamdiu, quandoquidem abesse cogor. Quum tuae postremae mihi redderentur, quas dedisti 19 Novembris eram animo valde perturbato, quoniam videbam quosdam moliri, *ut omnes, sine exceptione, rejiceremur, non dico in suburbia, sed in Areas ducentis passibus ab Urbis moenibus, quod ego modis omnibus impediam*, quoniam et iniqua et periculosa res est, in aperta tot hostium conjuratione, atque ut reliquae rationes cessent, non video qui possit civile bellum impediri, si nostros velint ad hanc conditionem adigere. Precibus ergo et summa diligentia opus est. Cras, ut spero, coenam celebrabimus. *Postridie ad Patrem proficiscar*, ad XX diem Decembris omnino, favente Deo, rediturus. Dolet mihi de Catarrho quo te scribis correptum. *Ego rheumate mihi familiari* laboro. Sed, ut vides, non vacat nobis aegrotare, et sane sentio, Deum mihi extra ordinem esse propitium, *quoniam alioqui nec loquendo nec scribendo par esse possem*, quod tamen faciam oportet nisi velim ejus causam prodere cui nos ipsos debemus. Sed tamen te hortatore promitto, me diligentius valetudinem curaturum. *Salignaco* literas tuas ipse reddam. Recte fecisti omnino quod hominem acriter urgendum putaris. Utinam in animum inducat consiliis tuis obsequi. *De nostrorum fervore ita est ut scribis, et ego jam occallui. Sed tamen gravissimum est hoc hominum genus.* Amplissimo Senatui gratias ago per literas quibus rogo ut hoc quoque adjungas caussam nullam esse, vel unquam futuram, cur de mea voluntate dubitent. Theologi germani discesserunt sicut nuper ad te scripsi; *Bocquinus* et *Dillerus* functi sunt bonorum virorum officio. Alias egregie excepit *Valentinus* Episcopus, i. e. ita ut digni erant, quod mihi fuit jucundissimum. Ego placidior fui, sed ita ut non sim praevaricatus. *Normandii* literas curabo tuto ad eum perferri. *Nemorsi Ducis* negocium satis lente procedit. Fratrem nostrum *Remondum* [1]) precor ut *Davidem* meum non recuset domum recipere, et una cum iis quos secum habet commendatum habere tantisper dum memet i. e. vobis restituat Dominus. Si paedagogo opus erit, persolvam libenter pretii partem. Scripsissem ad eum hac ipsa de re nisi scirem, quae ad te scribo, Tibi cum fratribus

1) Raimond Merlin, Pfarrer zu Genf, der noch nicht lange aus Frankreich zurückgekehrt war.

esse communia. Quoniam de *Baduelli* vel *Beraldi* successore quaerendo jam pridem nihil scripsisti, ab ea cura destiti. Scribe quid curatum velis. Bene Vale mi observande frater, Dominus Jesus te salvum et incolumem cum tota Ecclesia conservet. Ex Sangermano XXIX Novembris 1561.

Tuus Beza.

Je vous ay envoyé des lettres dont l'inscription estoit a Messieurs *de Nevers.* la faulte est venue du Secretaire qui pensoit que ce fust pour des affaires de M^r. *Passy.* [2]) Je vous prie le renvoyer à *Nevers* car c'est pour leur eglise.

A Monsieur D'Espeville a Villefranche.

---

12. Decemb. 1561. **Beza Calvino.**

S. Ecce, quum jam iter ingressus essem revocatus sum *Posidonii* [1]) literis, cui eo libentius sum obsequutus quod Patrem rescivi extra periculum esse. Distuli igitur profectionem ad nonas Januarii, quo tempore spero omnino dimittendum Conventum qui ad XX hujus mensis habebitur. Interea quantum ex *Posidonii* literis cognovi praesentia mea non erit inutilis, ut saltem eos in officio contineam, *quos scribit simulatque discessi, nonnihil dissidere coepisse.* Heri coactus hominum importunitate concionem habui in D. *Anthonii* suburbio, nec impedire potuit densissima pluvia, quominus omnium ordinum viri et foeminae ad sex millia sub Dio convenirent. Tantum animorum ardorem nunquam animadverti. Sed plane miserabilis erat facies. Itaque omnes ad constantiam hortatus concionem abrupui. Cras in Aulam reversus omnia tentabo, ne multo plures nunc aquis quam olim flammis perdantur. Audisti procul dubio de quadam *Sorbonica* tentativa, in qua agitatum fuit de summa potestate Papae in spiritualibus et temporalibus. Nudius tertius factum est senatus consultum, quo jubentur duo Magistri nostri tum in Proxima sua disputatione, tum in Aula coram consilio regio propositionem abjurare et veniam a Regia Majestate, totius facultatis nomine precari. Missi sunt duo Legati [2]) in *Provinciam*, qui *in sicarios et sedi-*

---

2) Jakob Spifame, ehemaliger Biſchof von Nevers.
1) Der Admiral von Coligny.
2) Es war der Graf von Cruſſol und Fumée, Großreferendar am

tiosos illos inquirant. Totidem [3]) destinati sunt jam pridem *Occitanis*, sed eorum culpa adhuc haerent in urbe. Itaque non me sed se ipsos accusent oportet. Apud *Cadurcos* [4]) narrantur 43 ex nostris uno hostium impetu trucidati. Quae crudelitas omnes, ut spero, commovebit. *Albiniaci Regulo* [5]) dies dictus est, ut coram *Rege* rationem reddat multorum quae *in nostros* arguitur commisisse. *Sacrocaesariensis comes* [6]) qui et ipse non procul *Turonibus* dicitur duos trucidasse, multos vulnerasse, domos incendisse, impetravi ut de hoc facto in Regis Consilio decernatur, ubi procul dubio obtinebimus, nisi omnis justitia prorsus hinc exulet. *Borgoinum* [7]) nostrum miratus sum ad *Caldomontanos* [8]) missum, qui pauci sunt et hostibus proximi. Mallem concessum *Ambianis* [9]) vel *Rhemensibus* qui nos suis assiduis flagitationibus fatigant. Ex istis facile intelligis, mi Pater, timendum non esse, ne vel delitiis vel otio marcescam. Utinam qui mihi animum tribuit pro sua misericordia vires etiam suppeditet. Coenam celebravimus Calendis hujus mensis [10]) in Castro quod est *Sangermano* contiguum. Interfuerunt circiter septingenta capita et in his *Navarrena, Amiraldus* cum uxore et Principis Socrus. [11]) Nam Princeps ipse cum uxore per valetudinem adesse non potuit. Ringuntur multi sed frustra. *Trecensem Episcopum* [12]) audio suo etiam Episcopatui renuntiasse. Sed hoc nondum plane rescivi. Quae de tota illa caussa scripsisti, accepi, et pro iis magnam tibi gratiam habeo omnium fratrum nomine, quibus hic tuus labor fuit gratissimus. De *Balduino* illo infelicissimo quid mihi faciendum putes, scire percupio, nec ullae me curae impedient, quominus desiderio meo, si tibi videbitur satisfaciam.

Superiora scripsi *Lutetiae,* nec prius mittere volui quam

Parlament zu Paris. S. Hist. Ecclés. I. 895. Sie giengen am 10. Decemb. von Paris ab.

3) Burie Stellvertreter Navarra's und Monluc Bruder des Biſchofs.

4) Zu Cahors. Die Metzelei fand wirklich am 16. November, einem Sonntage ſtatt. S. Hist. Ecclés. I. 855.

5) Der königliche Statthalter zu Aubigny in der Landſchaft Berry.

6) Der Graf von Sancerre, Herr du Buis. S. Hist. Ecclésiast. II. p. 600.

7) Bourgoin.

8) Chaumont.

9) Amiens.

10) Er irrt ſich. Es war am Tage vorher, 30. Nov., welcher ein Sonntag war. S. den Brief vom 25 Nov.

11) Die Frau von Roye, Condé's Schwiegermutter.

12) Caraccioli, Biſchof von Troyes.

in Aulam redissem, ut quaedam adjungerem, de quibus adhuc eram incertus. *In Aquitania* eodem fere tempore quo saevierunt *Cadurci*, nostri D. *Fumelum* [13]) quendam a quo saepe vexati fuerant, in ipsius castrum usque persecuti, interfecerunt, et nullum non crudelitatis genus in cadaver exercuerunt. Direpta etiam est domus et uxor vulnerata. Inde progressi sunt ad alium quendam obsedendum. Hinc varii passim tumultus, quibus utinam duces deessent. Ista valde commoverunt Reginam et Procerum animos, nec quicquam magis incommode accidere potuit, quoniam instat vicesima Decembris et Conventus ille a cujus exitu pendemus. Sed tamen non desino bene sperare, immo jam etiam aliquid boni ortum est ex hoc malo. Statim enim delecti sunt et missi duo qui de omnibus illis sicariis utrinque inquirant et ii quidem quales optare potuimus. [14]) Additi sunt duo rei militaris Duces cum octo signis equitum ut summa severitate utrinque coerceantur seditiosi, ex duumvirorum sententia. Est autem diserte imperatum ut nocentum suppliciis contenti, innocentes tueantur neque nostris Ecclesiis vel tantillum incommodent, immo singulos Magistratus oppidatim moneant, ne nostris qui pacati fuerint, ullo modo noceant. Interea vero dum isti se parant, literas misi quam celerrime ad omnes illarum partium Ecclesias ut boni sese a malis in ista causa sejungant, et innocentiam suam judicibus probent. [15]) *Cursolius* quoque ad *Lugdunenses, Delphinatos, Provinciales, Occitanos* denique cum duodecim equitum signis mittitur iisdem de caussis et quatuor illis Inquisitores adjunguntur. Nec sane melius nobis hac in parte consuli potuit, quoniam qui mittuntur probi et integri sunt omnes, neque, ut spero, expectationem nostram fallent. Praeterea etiam vehementer proderit iste equitum delectus ad impedienda eorum consilia, qui vel domi vel foris adversus hujus regni statum conjurarunt, quoniam fieri vix poterit

---

13) Fumel iſt eine kleine Stadt an dem rechten Ufer des Lot nicht weit von dem Einfluſſe eines kleinen Fluſſes Manße in den Lot. Heut Dep. Lot und Garonne. S. über den ganzen Hergang der Ermordung Fumels Hist. Ecclés. I. 800. Es geſchah am 22. Nov. 1561.

14) S. Hist. Ecclés. I. 805.

15) Ces choses rapportées à la Cour offenserent tout le monde, jusques aux ministres et députés des Eglises, qui en escrivirent bien aigrement par *Blereaux* député de Bordeaux, aux Eglises de Guyenne, avertissans tous gens de bien de se séparer de telles gens rebelles du roi, leur permettant l'exercice de la Religion et pareillement contempteurs des censures de l'Eglise. Hist. Ecclés. Ibid.

ut clam comparare possint copias, quae nostris jam instructis opponantur. Quod si aperte nos adoriantur, eo paratiores erimus illis excipiendis, undecunque impetum fecerint. Sed ista utinam potius Dominus Deus avertat. Tantum metuo quorundam temeritatem et impatientiam qui saltem sibi solis nocerent. De *Concilio Tridentino* nescio quid agitatur, quod postquam cognovero accurate scribam. Vides mihi hic non deesse manendi caussas, quae utinam tam multae et tam justae non essent, ac potius suaviter jam nunc ut antea, mi Pater, et laborare et quiescere liceret. Sed age fiat Domini voluntas. Bene Vale mi Pater cum collegis et amicis omnibus. D. Jesus te incolumem servet et sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Ex Sangermano XII Decembris 1561.

Tuus Beza.

---

13. Decemb. 1561. **L'Eglise de *Troyes* aux Pasteurs de Neufchatel.** Mss. Neocom.

La grace et paix du Seigneur vous soit multipliées.

Messieurs et peres vous ne trouverez estrange s'il vous plaist, si nous vous prions humblement pour la troisième fois de nous accorder que nostre frere *Sorel* soit du tout nostre. Si vous estiez en nostre place, Messieurs et peres, voiant le fruict qu'il faict et pourroit faire a ladvenir voiant qu'il seroit si agreable au menu peuple que rien plus, pour le grand proffit qu'il tireroit touts les jours de ses sermons plains de sainctes exhortations a pieté. Joinct que ses affaires particulières requeroient bien icy sa presence nous ne doubtons point que ne fissies instance comme nous, a ce qu'il nous fust donné pour tousjours. Nous vous prions donc de ne trouver point mauvais si encore ceste fois nous vous supplions au nom de Dieu qui a rachepté son Eglise du pris du sang de son fils Jesus, que vous aies pitie de ce petit trouppeau de *Troyes*, affamè de la parolle de vie. Si vous nous privez Messieurs et peres de la présence d'ung pasteur si necessaire il ne nous en demeurera plus qu'un lequel ne pourra pas fournir à la ville tant s'en fault qu'il puisse planter eglises au Seigneur selon coustume, confermant celles qui sont ja toutes dressées, non seullement ès environs de *Troyes* ains aussi a sept, neuf et quinze lieues loing non sans un fruict merveilleux. Et y a apparence qu'il pourra a ladvenir estre encor

plus grand, nostre frere *Sorel* faisant les voyages à sa commodité qu'un aultre a faict auparavant. Seulement Messieurs et peres octroies nous ce don sil vous plaist et esperés par vostre moyen en ce pais un grand advencement du regne du Seigneur Jesus, vous obligeans avec toute la compagnie de plus en plus a prier a tout jamais pour vous et tout le trouppeau que le Seigneur vous a commis. Le fils de Dieu vous benie et gouverne par son sainct Esprit tellement vostre cueur en ceste affaire que nous aions telles response que nous demandons. De Troyes ce XIII jour de Decembre

Votre fils obeissant au Seigneur
Jehan Gravelle dit *Du Pin.*
au nom de l'Eglise de *Troyes.*

---

16. Decemb. 1561. **L'Eglise de *Troyes* à *Neufchatel.*** Mss. Neocom.

Messieurs les bienfaicts que nous avons recus de vous nous sont en si grande recommandation que toute nostre vie aurons occasion de vous remercier pour nous avoyr envoye Monsieur *Sorel* annoncer la parolle du Seigneur, homme tel que sa bonne vie et predication sont envers nous d'un tel prix et sont agreable au peuple que chascun le desire et souhette et duquel le Seigneur a tellement beni loeuvre que son trouppeau en est grandement augmenté et augmente par chacun jour. Et tout ainsy que sa venue nous a este joyeuse et profitable, nous craignons que son absence nous soyt dommageable. Qui fait que nous Vous supplions au nom du Seigneur permettre quil parachève le cours du ministère quil a icy commencé, et vouloir envers nous estre tant favorables que de nous en envoyer encores d'aultres pour en departyr a nos voysins qui par faulte de ministres demeurent sans cognoissance de Dieu combien que la desirent. Ce quavons estimes que ferez voluntier, nous accordant ceste requeste qui ne tend a aultre fin que laugmentation du regne du Filz de Dieu duquel nous scavons que estes zelateurs. Et ce faisans sommes asseurés que le Seigneur benira tellement leur labeur et de ceulx qui sont par de la que toutte nostre campaigne combien quelle soyt de longue estendue en bref recepvera la parolle du Seigneur au profit dung chascun de nous, con-

tentement de vous et gloire du Seigneur lequel nous prions Messieurs vous maintenir en sa saincte garde.

Vos humbles serviteurs
de l'Eglise de Troyes.

---

16. Decemb. 1561. **Beza Calvino.**

A Monsieur Monsieur d'Espeville a Villefranche.

S. *Bayfii* literas tuto perferendas curavi. *Sanraverium* [1]) tuae expectationi satisfacere plane gaudeo. Utinam in quaerendo *Badvelli* successorem tam felix esse potuissem. Tentavi quod potui, nihil effeci et eam curam jam abjeceram, quoniam jam pridem de eo negotio nihil scripseras. Nunc tamen iterum omnia experiar. Nam quum haec ad te scriberem iter ingrediebar *Lutetiam* versus una cum *Navarrena* ubi puto nos ad triduum mansuros. De rebus nostris nuper ad te multa scripsi. Apud *Ambianos* magna nostrorum strages facta. Itaque parum abfuit quin eo repente excurreret *Condensis*, sed tandem placuit *Snarpontium* [2]) mitti, qui severas poenas exigat et nostris consulat in posterum. Conventus rejectus est ad Januarii Calendas, nobis vehementer repugnantibus. Sed nihilo minus bene spero.

Nostram illam [3]) tibi affirmo melius in nos affectam esse quam unquam antea. De tribus quoque ipsius liberis utinam tibi sigillatim multa possem scribere quae quotidie ex certis testibus audio. Certe tales sunt pro sua aetate, quales ne optare quidem possis. [4]) De meo *Collega* [5]) nunquam aliter judicavi. Sed tamen est in deliciis. Adeo sunt perversa multorum judicia, quamvis interea non desint qui sapiant. Ego vero, dummodo res procedant, nihil moror. Singula tamen diligenter observo, et hominem a recta via ne tantillum quidem deflectere patiar. *Normandius* jam mecum est. Cujus negotia

---

1) Er erſetzte Berault (Beraldus) den Profeſſor der griechiſchen Sprache zu Genf, der wahrſcheinlich nach Frankreich zurückgekehrt war.

2) Der Herr von Senarpont, einer der treueſten Anhänger Condé's. C. Hist. Eccles. I 453. La Place (Edit. Panth.) 120.

3) Die Königin Mutter.

4) Im Original ſteht von einer ſpätern Hand, vielleicht des Ant. de la Faye: Sic tum plerique *gallicisabant* ut de matre et liberis non male sperarent.

5) Das geht wohl auf den neulich angekommenen Perucel, der ſeiner Verbindung mit Caſtallio wegen verdächtig war.

quam diligentissime fieri poterit, curabo, ne istius praesentiam diutius requiras. Quae de *Nemorso* scripsisti, nostris pergratum fuit intelligere. Quorum etiam primus [6]) exclamavit, seram esse in fundo parcimoniam. Sed interea lentissime progrediuntur in peragenda ipsius caussa. Cujus consilii rationem nondum potui expiscari. *Cognetio* mandatum est de foedere. *Legatus*, ille tuus fraterculus mutat sese in omnes facies et valde distorquetur, atque adeo nisi fallor, desperat. Nostri mediatores nescio quid cum eo moliuntur. Sed hoc nihil ad nos quibus interea jucundum erit, illos inter se de lana caprina certantes intueri. Quidquid accepero, ac fortassis etiam ipsa mediae illius, quam quaerunt, rationis capita, statim ad te mittam, non ut de iis labores sed ut videas. Bene vale, mi pater, D. Jesus una cum fratribus et amicis omnibus te incolumem servet. Ex Sangermano XVI Decembris 1561.

Tuus Beza.

---

22. Decemb. 1561. **Beza Calvino.** Mss. Turicens.

S. Heri, mi Pater, simulatque literas tuas accepi Mercerum [1]) conveni ut cum eo agerem de idoneo *Cevallerii* et *Badvelli* successore. Utrumque se hac ipsa hebdomada curaturum recepit et magnam spem fecit fore ut inveniat, quales requirimus. Ita igitur fiet ut, Deo favente, pristinum errorem corrigam. Certe non dubito quin tibi persuaseris me, quum tibi olim de (Carcellerio) [2]) loquerer nihil aliud quaesivisse quam scholae commodum. Nosti etiam locum illum Pauli ad Timotheum: quorumdam peccata etc. etc.

Sic ergo nos exerceri oportet, quamquam utinam tibi ipsi potius, quam mihi credidisses, quem et credulum et multis in rebus obtusum esse tu quidem toties jam expertus, et ego experientia doctus agnosco. Nec tamen possum vitia excutere. Imprudentem et impetuosum esse agnoveram, improbum et contumeliosum esse, vel futurum, nunquam essem arbitratus.

---

6) Dieſer «primus» iſt wohl der König von Navarra.

1) Le Mercier. Er war damals Profeſſor der hebräiſchen Sprache an dem von Franz I. geſtifteten Collége Royal. Er galt zu ſeiner Zeit für den erſten Gelehrten in dieſer Sprache und er war hugenottiſch geſinnt.

2) Der Name iſt von Beza ſelbſt wieder ausgeſtrichen und ein anderer darüber geſchrieben.

Sed valeat ille et ad suos Cretenses redeat, quos tamen diligenter praemonebo.

Quod de *Rheni Comite* [3]) scripsisti gratum fuit nostris intelligere, sed pro innato illis stupore ne isti quidem sapiunt. *Puto tamen clam comparari, quae quum opus erit hostibus opponentur.* Ego vero multo etiam libentius, quam antea, ab istis consultationibus abstineo, partim ut iis occurram qui jam mussitant me, nescio quid, a nostris principibus captare, partim etiam quod malim de iis laborare quae sunt nostrae functionis propria, quamquam nihil eorum negligam, quorum illos admonendos putabo.

De *Balduino* placet mihi consilium tuum, [4]) et ego quoque nonnihil scribam. *Meldensibus* absens prospexi quantum permisit eorum levitas et temeritas. Sed plane digni sunt qui severe corripiantur. De libello Academiae [5]) ignosces meae memoriae, quae facit ut nihil certi scribam nisi hoc unum: oportere omnino ut vel adsit in mea Bibliotheca, vel ex mandato meo sit cuipiam fratrum traditus ab Uxore. Liber est chartaceus, folii integri, margine rubro, corio tectus, foliis viridi colore tinctis. Si discessit uxor traditae sunt tibi aedium claves si modo mandatis meis paruit. Ibi igitur quaerendus et inveniendus erit. Sin minus, tantisper dum redeam annotanda erunt nomina seorsim, quae postea invento libro reliquis subjiciantur.

Caeterum de meo reditu, jam puto vos istic de responso decrevisse itemque de Uxoris profectione. Ea res fortasse non multos in suspicionem adduxit, me de migratione cogitare. Sed semel hoc dictum esto: me nihil unquam nisi ex vestra sententia facturum. Quod si *Navarrena*, ut fore suspicor, ad suos brevi redierit, non video, peracto Conventu, [6]) quid me diutius hic retinere possit. Prospicio quidem futurum, ut multorum preces ad vos perferantur, sed iterum dico me totum in vestra potestate et esse et fore. Hoc si nonnullis vix persuadeo, reipsa tamen, favente Deo, comprobabo. *Conventus ad Januarii Calendas rejectus est.* Novi praeterea quod scribam non habeo, nisi unum hoc, quod tibi risum movebit. Nudius tertius fur quidam versutissimis artibus argenteum ca-

---

3) Der Rheingraf, nebſt dem Herzog von Guiſe wohl der tüchtigſte Anführer der katholiſchen Partei, hatte damals ſchon Werbungsunterhandlungen in Deutſchland angeknüpft.

4) nempe ut Calvinus ipse primum respondeat.

5) Das Matrikelbuch der Genfer Schule.

6) Die Verſammlung welche das Januar-Edict berieth.

licem ita callide illis surripuit ut et sacrificum et circumstantes aliquot mulierculas fefellerit, nec postea deprehendi potuerit. Hinc rumor, a Diabolo fuisse surreptum et quid non? Bene vale, mi pater, cum reliquis fratribus et collegis. D. Jesus vos incolumes tueatur, et assiduis benedictionibus locupletet. *Lutetiae* ubi adhuc aliquot dies cum *Navarrena* manebo in Ecclesiae gratiam. Die XXII. Decemb. 1561.

Tuus Beza.

---

30. Decemb. 1561. **Beza Calvino S.**

Gedruckt in Opera Calv. Edit. Amstelod. 1667. II. Pars. p. 164 a u. b.

Accipe quid novi acciderit, ex quo postremas ad te dedi. Pridie natalis Domini discedens Navarrena Parisiensi Ecclesiae me concessit ad triduum, Natali ipso quievimus. Postridie, copia nobis tum primum facta publice diebus festis concionandi, duas conciones habui frequentissimas, unam in D. Antonii, alteram in D. Marcelli suburbio, idque sine ulla prorsus specie tumultus. Interfuerunt ex omnibus civium ordinibus plurimi, et quidem inter caeteros D. Andelotius, qui me cum honestissimo et firmissimo comitatu per mediam urbem deduxit, obstupescentibus adversariis, et summa cum bonorum gratulatione, quorum multitudine ita oppletos vicos conspexisses, ut numerus facile iniri non posset. Altero post die mane concionem tertiam habui, [1]) in qua multo etiam plures affuerunt, quam unquam antea. A prandio itum est ad Marcelli suburbium, me quidem repugnante, quoniam praemoniti eramus sacrificos nescio quid moliri. Sed fieri aliter non potuit, quoniam sua sponte infinita turba eo confluebat, quam alioqui inimicis prodidissemus. Accessi à prandio. Aderat autem nobiscum ex Reginae mandato vigilum Praefectus cum suis apparitoribus, ita ut Regia auctoritas ubique nobis praeiret. Concionatus est Malotius. Ecce igitur quum vix esset concionem auspicatus, coeperunt sacrifici in proximo atque adeo contiguo Medardi templo campanas suas omnes quam vehementissime pulsare, quasi suas quas vocant Vesperas canta-

1) In der Vorſtadt St. Antoine an dem Orte Sopincourt genannt. Denn Joh. Malot predigte Nachmittags in der Vorſtadt St. Marceau im Patriarchenhaus.

turi, ita ut Malotius audiri vix posset. Ibi ex nostris aliquis, nullius tamen jussu, illos adit, et blande rogat, ut obstrependi finem faciant. Illi quasi occasionem nacti quam captabant, ut qui una cum aliquot sicariis ad hoc ipsum egregie sese comparassent, impetum in illum faciunt, et inermem conto trajiciunt, quem Pertuisanam vocamus. Hoc scelus nostri simul atque conspexerunt, eo recta feruntur. Hostes et ipsi occurrunt, simulque ex turri templi et vicinis aedibus saxa et sudes, quasi signo dato, dejici coeperunt. Ad hunc tumultum, qui concionem audiebant, ingenti murmure exorto, statim provolant: omnia maximo tumultu miscentur. Interea nostri ad ipsas usque templi fores adversarios repellunt. Ego forte in cubiculo adstabam, quod ex uno latere locum ipsum ubi coactus erat coetus, ex altero plateam spectabat qua transeundum erat omnibus ad certamen properantibus. Conatus sum quantum potui et voce et manu mulieres et turbam confirmare: et Malotius ipse minime perturbatus, signo dato ut Psalmum decimum sextum caneremus, populum utcunque retinuit. Jam igitur pene composita erant omnia, quum repente sacrifici cum sua cohorte, quum sese et à vigilum Praefecto et à nostris ita cernerent obsessos, ut evadendi spes non esset, campanarum pulsu, quem Toxinum vocant, omnes ad arma convocant. Tum vero nostri conferri praecipites. Ego quum jam cernerem nullum esse remedio locum, in plateam accurro inermes procurrentes verbis et opposito ostio impedio, ne in periculum manifestum ruant: quod quidem ita commode mihi suggessit Dominus, ut magna pars turbae fuerit periculi ignara, et Malotius per dimidiam horam quasi rebus tranquillis perrexerit concionari, quamvis illi Toxini sonitus auditorum animos subinde percelleret. Si qui interea prodibant, eis fiebat exeundi potestas, sed cum conditione, ut consisterent tantisper, dum à nostris, si ita opus esset, evocarentur. Dum haec intus geruntur, nostri, praeeunte et jubente vigilum Praefecto, impetu facto, templi fores cum repagulis summa vi perfringunt. Hostes balistis, ensibus, contis, saxis, et sudibus (haec enim summo studio compararant) fortiter quidem se tueri, sed frustra. Nam accurrentes ad subsidium nostri suburbanos interea ita repulerant, ut eorum nulli postea apparuerint. Id unum igitur supererat, ut oppressi omnes obtruncarentur: sed, quod mirum est in tanto impetu, nemo interemptus, omnes, acceptis tamen aliquot vulneribus, in deditionem recepti, et Praefecto vigilum traditi in manus. Inde in turrim templi perrectum est, ubi rursus effractis valvis, omnes ad unum capti, qui Toxinum pulsarant. Itaque plus valuit in mediis etiam armis

Regii Praefecti auctoritas, quam ira. Sed qui hostibus armatis pepercerant, idolis et panaceo illi Deo parcere non potuerunt: frustra reclamantibus, quibus ista non placebant. His peractis, absoluta concione, gratiis solennibus Deo actis, et admonitis omnibus, ut moderatos se praeberent, si quid in itinere occurreret, ita reditum instituimus. Ita et suburbium et urbem totam, sine ullo prorsus tumultu, transivimus, et domum quisque rediit. Imo, quod magis mireris, captivi hostes triginta sex, ita ut erant fere omnes vúlnerati, et in iis decem ad minimum sacrifici, funibus vincti, spectantibus et ne mutientibus quidem adversariis, non aliter transvecti sunt, et minoris Castelli carceribus inclusi, quam olim nostri illi fratres in D. Jacobi vico deprehensi. Utinam vero nihil ejusmodi incidisset, ac tranquille potius Deum nobis colere liceret. Sed quando id nulla nostra culpa accidit, gratiae Deo agendae pro insigni Victoria: quae, ut spero, barbaros istos et immanes Cyclopas docebit suis saltem, quod aiunt, sumptibus sapere. Postridie, id est, 28. hujus mensis bene mane huc accurri, ut calumniis malevolorum occurrerem: et, quantum possum conjicere, non male res cedet. Missus est statim N. homo probus et à nobis non alienus, qui causa cognita in seditiosos ex edictorum formula animadvertat. Sed audi etiam alia. Heri eo ipso loco iterum concio habita est, sine ullo tumultu. Sed ecce vix digressa multitudine, quidam ad hoc comparati, in aedes vacuas quae illi plateae imminent, ignem injiciunt. Nostri repente recurrentes, flammam extinguunt, et frustra repugnantes incendiarios, vi ex suis aedibus extractos, evocatis lictoribus tradunt in carcerem deducendos. In eo conflictu feruntur aliquot ex hostibus interempti. Ex nostris duntaxat unus priore illo certamine trucidatus in ipso templi limine, aliquot sunt lapidibus vulnerati. Habes nostri status historiam: qui utinam minus esset turbulentus, aut mihi imposita non esset necessitas, ista non audiendi tantum, sed etiam aspiciendi, á quibus natura ipsa abhorreo. Precibus opus est, si quando alias, quoniam adversarios certum est omnia experturos, et firmitatem in multis requiro. Sed Deus procul dubio Ecclesiam suam tam necessario tempore non deseret. Bene vale mi Pater, cum Collegis et amicis omnibus. Dominus Jesus te incolumem servet, et sanctis tuis laboribus magis ac magis benedicat. Ex Sangermano, 3. Calendas Januarii.

Tuus Beza.

28. Decemb. 1561. **Calvinus Bezae.** Collect. Simler. Copia ex archiv. Eccles. Bernensis.

Quoniam nostra interest, te scire quid scribatur ad eos, qui postularunt tempus tibi prorogari, exemplaria curavi tibi descripta. Quantum ex supputatione temporis colligo, *Barmasus*, relicta apud Patrem [1]) Uxore, tibi in itinere occurret. Ergo ubi in aulam redieris, dices tibi esse mandatum, quod rogati sunt, ut tibi concedant. Senatus tibi non scripsit quia has partes in me suscepi. Unde intelligis, segnitiem meam fuisse in caussa, in edenda mea ad *Balduinum* responsione. *Crispinus* suo more properavit. Leges ergo manibus scriptam, quia inter plures distributus fuit labor. Non mitto autem, ut tuum mihi vel consilium vel iudicium significes: quando id non fieri potest in tempore: sed ut lectione admonitus statuas, quidnam tibi agendum sit. [2]) Nihil praescribo, ne te molesto et fastidii pleno onere premam. Nuper agitatum fuit in coetu nostro, an ex Collegis subrogandus esset quispiam, qui vices tuas obiret, quantisper aberis. Ego quod ab auditoribus optari audieram, retuli. Reclamarunt omnes una voce. Atque haec ratio maxime valuit, sinistrum praejudicium non deberi admitti. Tuum est mature prospicere, ne Collegii expectationem fallas. Quod superioribus literis oblitus eram, in *Burgoino* decepti fuimus, ut saepius nobis accidit, cum suum quisque locum fallacibus elogiis supra nubes attollit. [3]) Quamquam de *Ambianis* non fuit cogitandum, qui numquam verbum apud nos fecerunt. Valeant igitur et aliunde adipiscantur. Decem Urbes *Calidomonti*, ut sero didicimus, merito praeferendae erant. Sed haec fuit festinationis merces, dum fratrum ardorem sedare cogor. Vale optime et integerrime frater. Dominus tibi semper adsit te gubernet tueatur, suisque donis locupletet. XXVIII. Decembris 1561.

Carolus Passelius tuus.

---

1) Bei dem Vater Beza's nähmlich.

2) Vide: Beza ad Calvinum. XXV Nov. 1561 u. 22. Dec. 1561.

3) Bourgoin war auf die Bitten der Gemeinde von Troyes in der Champagne dorthin gesandt worden, und es scheint daß derselbe in dem Sinne: als ob eben die Noth doch nicht so groß gewesen, nach Genf zurückgeschrieben habe. S. Hist. Ecclés. I. 767.

30. Decemb. 1561. **Viretus Calvino.** Coll. Simler. Ex copia arch. Eccles. Bernens.

S. *Varandalus*, qui a vobis missus fuerat ad *Aquas mortuas*, [1]) non ita pridem vocatus a Perenacensibus, non solum apud illos, sed etiam in tota vicinia magno cum fructu Christum annuntiare coepit. Quamobrem *Perenacenses* [2]) magnopere eum retinere cupiunt, quoniam, si ab illo deseruntur, collecta ab eo Ecclesia conservari ac multo minus augeri poterit. Neque enim alium habent Ministrum, neque satis norunt, unde habere possint. At vero quia *Varandalus* a vobis Minister designatus est apud *Aquas mortuas*, nullis se audet aliis astringere Ecclesiis, nisi prius vestro audito consilio, quod abs te intelligere cupit. Ego quantum quidem cognoscere potui, consultius Ecclesiae esse judicarim, si alius inveniri possit, qui ad *Aquas mortuas* mitteretur, cum id fieri poterit sine praesentissimo periculo: quod nunc quidem fieri non potest. Sed in posterum spes est melior. Caussa vero quae me in hanc adducit sententiam, haec est, quod metuo, ne diu non possit *Varandalus* iis inservire, quibus primum destinatus est, quia valde obnoxius est destillationibus, quibus valde infestatur: Tu vero ex loci situ satis conjicere potes, quam parum salubris illi futurus sit. Cetera audies ex hoc nuntio tibi, ut opinor, notissimo, et de statu totius hujus regionis, quapropter hic finem faciam salutatis fratribus et collegis omnibus. Nostri nominatim vero *Mangetus*, *Martinus* et *Sarrasotus* [3]) te amantissime salutant. Vale optime ac diutissime. Nemausi XXX Decembr. 1561.

Hic tabellarius mihi verba fecit de *Antonio Calvo*, qui, cum isthic essem, famulabatur D. *Sarraceno*. Cujus Ecclesiae gratia illum petas, ex ipso audies, et quod expedire judicaris, statues. Iterum vale.

Tuus Petrus Viretus.

---

1) Aiguesmortes.
2) Soll wohl heißen Pecenacenses, die von Pezenas, einem Städtchen in dem Heraultdepartement.
3) Prediger zu Nismes.

31. Decemb. 1561. **Caroli Passelii (i. e. Calvini) ad Bezam.**[1] Collect. Simler. Ex In Pseudonymia Libii p. 79-81.

Quia incertus sum an te in aula reperient meae literae antequam ad Patrem profectus fueris, breviorem me facit haec dubitatio. Uxor tua die dominico[2] iter suum ingressa est: quam diutius relinqui apud patrem vel *Parisiis* subsistere, minime expedit, ab *Urbe* vestra[3] cito solvere ipsa quoque optat. *Parisiis* forte libenter tempus erit commodum mense Martio. Tua quoque interest cum redibis, omnibus impedimentis solutum esse; quia transitus per *Burgundiam* non adeo tutus erit, quin cavendae sint insidiae. Penultimae tuae, ut spes magnas dabant, mihi jucundissimae fuerunt. Ex postremis quoque non parum gaudii percepi: nisi quod meae querimoniae renovatus fuit dolor: quia tibi videbam caussam fuisse vel tristitiae vel sollicitudinis. Me quidem mox poenituerat, sed iam elapsae erant literae ex meis manibus. Nunc fecit tua offensio ut mihi magis displicuerim. Neque tamen est cur excuses tibi publicam Scholae utilitatem fuisse curae: quando id non magis tibi cognitum est, quam mihi persuasum. Et mihi dolebat nos simul fuisse deceptos. Praecipue vero mihi indignabar, qui probe sciens et volens in fraudem incideram. Nunc videtur ad manendum esse compositus. Sed nobis decretum est non fidere. Nec enim vel abeundi consilium deposuit: nec de reditu quicquam vult promittere. Sed de hominis ingenio et actis plura coram! recte interea factum fuerit, si quis opera *Merceri* successor nobis paratus sit. Nam ut hic, qui noster fuit, abitum differat, alter nobis opportunus erit, propter morbum *Sanraverii*,[4] quem etsi lethalem esse negant Medici, diuturnum tamen fore conjicio. Gratum nobis erit, si quam primum adsit qui *Baduello* succedat. *Barmaeo* literarum quas ferebat exemplaria tradidi, quae tibi rederet. Describendum etiam curavi, quod *Balduino* responderam: ut inde statueres aliquidne temporis velles perdere, dum tibi paulo plus otii erit apud patrem. Venerunt huc *Pa-*

1) Hae literae ab amanuensi sunt scriptae: subscriptio est auctoris.

2) Da der 31. Decemb. an welchem der Brief geſchrieben worden ein Mittwoch war, ſo fällt dieſe Abreiſe auf den 28. December.

3) d. h. Vezelay.

4) Forsitan hic legendum «Sanlaurentii», nam Sanraverii nomen nusquam occurrit, neque Genevae, neque alibi.

risienses, qui ad *Passium* [5]) extrahendum missi fuerant, eorum rogatu Uxelodunenses [6]) hortabor ut eum dimittant. Ipse, ut audio, consilio nostro obtemperabit. Habent etiam literas quibus accersitur *Viterus*, [7]) senatus permisit, ut *Lutetiae* transeat: sic tamen ut eum aestate recuperet. *Turonenses* etiam vehementer contendunt *de Acanthio*, [8]) quem putant sibi fuisse addictum, cum a me rogatus fuit ut ad eos concederet. Et certe videntur *Parisienses* esse nimium cupidi. Finem epistolae facturus ad te redeo. Prudenter tu quidem, quod ultro alienis consultationibus omissis, quae functionis nostrae propria sunt amplexeris utroque brachio. Sic tamen ab aliis curis abstineas velim, ut non modo scias quidquid geritur, sed ne te occultiora quoque lateant. Tuum enim est, non tantum ubi peccatum sit, vitia corrigere, sed occurrere multis malis. Quod te affirmas semper nostrum fore, de animo tuo non aliter existimat Senatus, nequicquam sinistrum suspicati sunt fratres: Sed metuebant ne tu quoque liber esses. Itaque literis tuis auditis mirifice laetati sunt: ac si quid novi allatum esset. Equidem donec te recepero, videbor mihi nescio quomodo destitutus. Vale optime et Integerrime frater. Collegae nostri et amici te peramanter salutant: Inter alios *Marchio*, qui triplici quartana adhuc laborat, citra periculum tamen, ut confidimus. Dux *Longaevillae*, qui nos invisere ausus non est, donec *Bernam* profectus esset ad foedus renovandum, brevi se hic futurum scripsit. Cupiunt ipse et mater me initio Februarii *Neocomum* ducere, ut Synodo intersim. Vix potero effugere, quia senatus non negabit. *Nemorsus* timorem simulat. Portae oppidi diligenter custodiuntur. Nuper *Sabaudus* jussit currus omnes et vehicula *Cameracum* adduci. Quorsum haec omnia, nescimus. Iterum atque iterum vale Integerrime frater. Dominus tibi semper adsit, te regat et tueatur, laboresque tuos benedicat, senatus tibi noster Salutem dicit. *Normandio* nostro non scribo, quia nulla nova materia suppetit. Utinam citius expediatur quam ex ejus literis colligo. Si poterit interea cum suis de paterna haereditate transigere, bene et utiliter sibi consulet. Unum omiseram. *Canayus*, abjecta legatione apud nos manere instituit, donec cum literis quibuscum longum divortium fecit, redeat in gratiam. Alterum tamen suo loco mittit ad *Viretum*.

5) «Passium» der Herr von Passy, ehemaliger Bischof von Nevers.
6) Uffeldun bei Cahors.
7) Viretus?
8) Johann de l'Espine.

Haec est mea brevitas, de qua praefatus fueram. Pridie Calendas Januari. 1562.

Carolus Passelius Tuus
A Monsr. et bien aimé frère,
Monsr. de Besze.

---

6. Jan. 1562. **Beza ad Calvinum.** Mss. Turicens.

S. Nunquam me magis vexatum memini quam superiore hebdomade. Tertio Calendas Januarii vix *Lutetia* reversus statim ad *Meldenses* excurri partim ut eos in officio continerem, partim ut cum *Synodo provinciali*, quae nunc ibi convenit, rem maximi momenti communicarem. Quoniam enim jam pridem *Hispanus* non desinit nobis minari et nihil aeque remoratur *nostram* Αυτοκρατορα, [1]) *quominus in nostras partes aperte inclinet, atque metus ne non satis firmi simus*: idcirco visum est *Posidonio* [2]) palam admonendas Ecclesias ut sedulo dispiciant quibus tum Peditum, tum Equitum copiis possint hoc regnum tueri adversus exteros, si religionis caussa bellum forte nobis inferatur. Multa hic mihi et varia in mentem venerunt, quae nos dehortarentur. Sed vicit *Posidonii* sententia, nec metuendae sunt calumniae, quum nihil clam et sine auspiciis geratur, quamvis *Illa* nominari nolit. [3]) Et nisi me fallunt conjecturae puto illa omnia Exterorum terriculamenta inania fore, si vel mediocri aliqua diligentia et fortitudine res domesticae administrentur. Formulam autem ita ut ex nostrorum consensu scripta est ad Te mitto, ut quum deinceps consilio opus erit, habeas actionis hujus fundamentum. [4]) Quod nisi simul captum esset consilium et manus operi admotae, fecissem, quod utinam fieri potuisset, i. e. de re tota ad Te scripsissem et sententiam tuam essem percontatus, quam etiam rogo et obsecro ut ne nunc quidem scribere graveris. Sed ad reliqua venio. Interea dum invitus absum, *secunda Januarii* oblatus est Ecclesiarum libellus, cujus exemplar ad te mitto, verbosus et incompositus ut mihi videtur. [5]) Quod peccatum ut corrigerem confeci certos, quos vocant, articulos, quos heri ple-

---

1) Reginam matrem intelligit. V. Beza ad Eund. 1 Febr. 1562.
2) Coligny.
3) Siehe hierüber Hist. Eccles. I. 668.
4) Dieſe Aufforderungsformel ſteht in der Hist. Eccles. I. 669 u. 670.
5) S. dieſe «Requête» in Mém. de Condé II. 575.

risque obtulimus. Postridie [6]) *Cancellarius* [7]) orationem habuit, quae auditoribus valde satisfecit. In summa, causam nostram si non fortiter, certe, ut nobis renunciatum est, (nemo enim procerum et eorum qui sententiam dicturi sunt, interfuit) prudenter egit. Et ita esse inde colligo quod nostris hostibus supra modum displicuit. Eodem die huc redii. Ab eo tempore non destitimus appellare et sedulo caussam nostram agere. Cras incipient mitti in suffragium. Ego etsi non omnia, tamen bene spero et quia non dubito quin vel minimus gradus libertatis, si publica auctoritas accesserit, aditum nobis ad certam victoriam faciat, facile vel in mediocri statu acquiescam. Sed hoc valde me torquet quod de quorundam patientia plane despero, qui utinam sibi solis nocerent, quando ita illis placet. Exemplum unum recens proferam. *Aquitani* quibus adhuc omnia licuerunt, non contenti sua libertate, nisi vi omnes adversarios extruserint, oppidum quoddam quod *Basas* [8]) vocant, repente occupant, idola dejiciunt, sacrificos populantur, denique quid non? Hoc nudius tertius huc nuntiatum gubernatoris literis ita omnes commovit, ut nihil incommodius potuerit accidere et statim *Condensis* expeditis equis sit jussus illis occurrere comparatis equitum et peditum copiis. *Ipse vero a me contendit ut sequerer.* Hic tibi cogitandum relinquo quae me curae et molestiae circumsteterint; nec enim hoc tempore deserere poteram Ecclesias, et rursus periculosissimum erat, multis de caussis, paucorum hominum voluntati tantam causam committere. Tandem igitur impetratum est, ut ad aliquot dies differatur ista expeditio. Puto autem fore ut paucis omnino diebus Conventus iste absolvatur. Cujus si forte infelix fuerit exitus, causa nimirum nulla erit, cur hic consenescam. Sin vero, quod spero, tolerabilem libertatem impetraverimus et *Princeps* iterum operam meam requisierit, religio mihi fuerit hoc illi denegare, quod illis omnibus Ecclesiis non utile modo, sed etiam necessarium esse existimo. Jam enim ita sunt exacerbati animi, ut et duces utrinque sint comparati, et pecuniae colligendae ratio inita, et copiae etiam aliqua ex parte conscriptae. *Quae consilia non tantum vi et auctoritate, sed etiam verbis coercenda satis intelligis.* Sed priusquam proficiscamur, de rebus omnibus ad Te scribam. *Tumultus Parisiensis* [9]) nondum apparet exitus, et incredibilis est hostium im-

6) Dieß muß auf das vorhergehende «secunda Januarii» bezogen werden.

7) de l'Hopital.

8) S. Hist. Ecclés. I. 806.

9) Der Aufruhr bei der Medardskirche.

pudentia, quam nemo coercet. Sed patiendo saltem vincemus. Et hic quidem nunc est rerum nostrarum status. Literae tuae omnibus gratae fuerunt, sed *Navarrenae* imprimis, cui quum exhibuissem literarum exemplar, quod ad te mitto, nihil, inquit, opus erat excusatione ulla. Neque enim *Matris* peccatum velim excusare, et rem totam satis teneo. Perlegit tamen et probavit.

Balduinus autem ipse nullo hic est loco neque numero. *Quosdam* tantum habet qui interdum *misero illi* [10]) nescio quid de eo suggerant. *Apologias* de quibus scripsisti vehementer desidero. Sed illis frui non potero, si nobis fuerit in *Aquitaniam* currendum. Eram et ipse aliquid scripturus si vel minimum otii nactus essem. Mihi commodissimum videtur ut ei opponatur *Crispinus* potius quam alius quispiam. Mitto autem ad Te quoddam his de rebus *Hottomanni* scriptum, quod *Crispino* licebit, bona illius pace, sibi vindicare. Tantum mutanda esset Praefatio, et inserenda nonnulla, quae depromere poterit ex Commentariis sive Memoriis, ut vocant, quas una ad te mitto.

Adjungenda etiam erit *Duarenii* [11]) epistola et *Contii* [12]) quaedam, quae simul accipies. Uxor utinam istic mansisset. *Utinam etiam patrem invisere liceret.* Sed haec caeteraque omnia sunt in Dei manu. *Normandius* una cum aliis multis hic nobiscum expectat horum comitiorum exitum. Bene Vale, mi Pater, D. Jesus Te servet una cum amicis et collegis omnibus, quos omnes velim ut meo nomine salutes.

Monsieur, je vous prie nommement de vouloir présenter mes tres humbles recommandations à la bonne grace de nos trés honorés Seigneurs, lesquels je ne verai (sic) jamais si tost que je le desire de tout mon coeur.

Ex Sangermano VI Januarii 1562.

Tuus Beza.

Mercerus tardius respondet quam vellem. [13])

Monsieur *de Brie* m'a de rechef adverti deux ou trois fois que vous preniez garde à ce soldat, nommé *Ferrand* dont

---

10) sc. Navarreno.

11) Franz Duaren († 1559), der größeste Rechtsgelehrte nach Alciati und vor Cujas, war College des Balduin zu Bourges gewesen, wo letzterer auch einige Zeit gelehrt hatte. Er hatte einen vom 13. Jan. 1555 datirten Brief gegen Balduin veröffentlicht, worin er denselben abschildert.

12) Contius (Anton Le Conte) war ebenfalls Professor der Rechte zu Bourges.

13) Ueber die Nachfrage um tüchtige Professoren für Genf. S. die unmittelbar vorhergehenden Briefe.

il vous a adverti, à la garde des portes, surtout durant les sermons et n'en parle point par coeur, car il asseure avoir ouy et veu luy mesme de quoi. Tu pro tua prudentia de istis despicies.

Cognetius [14]) adhuc hic haeret. Sed intra paucos dies dimittetur et quidem bonis, ut spero, conditionibus.

---

12. Jan. 1562. **Beza ad Calvinum.**

S. Rogo ut literarum brevitatem excuses. Scripsi haec ad te decumbens ex catarrho mihi jam non tantum familiari sed etiam contubernali. Accessit tantus renum ardor ut et guttur sit exulceratum, et urinae meatus, quod posterius malum, propter pudorem, quum ad aliquot dies celarim, nunc vereor ne eo sit redactum, ut vocandus sit Chirurgus. Haec igitur mea nunc est conditio, quamvis meo more meliora sperem. Discessi ex aula invitus, nona hujus mensis, ita urgentibus *Proceribus* nostris, ut vix satis spacii haberem induendis ocreis. Postridie subsequuturus erat *Princeps*, [1]) qui tamen nondum venit, nec ut audio, veniet, nisi dimisso Conventu. Hoc vero mihi gratissimum est, quoniam nihil magis metuebam quam ne absente *Principe* inimici quidvis auderent, et ideo cupiebam omnino, ut ad exitum colloquii permaneret, quod factum video et gaudeo. Interea video illos texisse, quod non frustra conjicio, metuisse nimirum, ne mea praesentia adversarios exacerbaret. Utcunque sit mihi non defuit animus praestandi officii ad finem usque. Et mihi in eo quoque prospexit Dominus, quod hic morbus in Urbe potius me occupavit quam in Aula, ubi plane mihi pereundum fuisset. Quod autem ad rem ipsam attinet omnia adhuc egregie nobis in conventu successerunt. Ex XXVI. suffragiis XV nobis templa VII loca vel publica vel privata cum Regis conniventia decernunt. Reliqua IV. contra nos faciunt. Supersunt XXII. quorum etiam multo majorem partem non immerito speramus nostram fore. Sed interea, quoniam nobis est cum hominibus negotium et iis quidem versutissimis, in uno Deo confidimus. Nisi *Regina* sententiam mutarit et morbus impedierit, *Principem* sequar in *Aquitaniam*, ubi vix credas quanta sit nostrorum intemperies, quasi cum hostibus velint impatientia certare. Si scribatur

---

14) Der franzöſiſche Geſandte bei der Eidgenoſſenſchaft.
1) Condensis.

in nostrorum sententiam edictum, plane existimo hostes extrema tentaturos. Itaque preces multo magis etiam intendetis, quam unquam antea. Coenae celebrationem hic distrahimus in comitiorum exitum. Agitur nunc in senatu de caussa St. *Medardi* qua de re copiose nuper ad te scripsi, ut testis oculatus. Incredibilis est hostium audacia et impudentia. Sed tamen scio non effecturos quod volunt. Neque nobis novum est injuriam pati. Uxor nondum venit et diutius ut spero, apud Patrem manebit, quam ut illam videre possim, nisi mutato de *Aquitania* consilio et recuperata valetudine. Deus mihi tribuat quod unice opto, ut brevi mea apud Patrem pietate defungar, quum extremum sit in mora periculum. De *Balduino* misi ad te quae mihi visa sunt peropportune ab *Hotomanno* missa, quibus *Crispinus* utatur. Nunc rursus ad Te alia mitto quae hodie ab eodem accepi. Denique ut tandem absolvam, si fieri potest, ut Minister aliquis *Britannis* concedatur, multis probis et integris hominibus gratissimum feceris. Sed non urgeo et rogatus rogo. Video me contra expectationem pro brevibus longas scripsisse et sane quum ad te scribo, nihil doloris sentio. Bene Vale, mi Pater, cum amicis et collegis omnibus. Dominus Jesus tibi magis ac magis benedicat, et Ecclesiam suam respiciat. Lutetiae XII Jan. 1562.

Tuus Beza.

Ubi *Crispinus* usus fuerit *Hotomanni*, cura obsecro conscindendas.

« a Monsieur Monsieur d'Espeville a Villefranche. »

---

18. Jan. 1562. **Beza ad Calvinum.**

S. Non me fefellit expectatio de suffragiis. Nam fere omnia tulimus. Id igitur unum supererat, ut scriberetur edictum. Ibi Sathan cum se prorsus constrictum videret, subornavit qui moneret adhuc aliquid prius tentandum de pacificatione ut aliqua interjecta remora, omnia in fumos abeant. Vocati igitur sunt illi boni viri, quos nosti et inter eos etiam ille ad quem nuper scripsisti. [1]) Accersiti sunt etiam *Sorbonici*, quos non novi. Ex nostris vocatus [2]) *Marloratius*, jam

1) Saliqnac?
2) von Rouen.

illic [3]) est *Peroscelius*. His cogitant me socium adjungere. Heri dubitabam an eo essem iturus, non tantum propter valetudinem, quae nullum vehementem laborem vel animi vel corporis ferre posset, sed etiam multis aliis de caussis, quas ipse per te facile possis conjicere. Hodie tamen expugnatus nostrorum precibus, decrevi cras a prandio proficisci, ne desertor videar. Sed nobis certum est non colloqui nisi bonis et certis conditionibus et legitime indicto Ecclesiis colloquio, atque etiam illo impetrato ut interea aliquid statuatur de nostra libertate, quoniam nullam amplius moram patitur haec necessitas. Si rogas quid sperem? dico me omnia sperare si nostri Proceres satis fortes fuerint. Huc accedit summa necessitas, quae vel ipsos hostes cogat, *sed haereo dum alia cogito, quae scribere non possum*, quoniam video adversariis omnia licere, videor tibi fortassis de superioribus promissis aliquid detrahere, sed memineris me in Aula versari, et facile, ut spero, ignosces, quanquam certe ne hunc quidem Sathanae crepitum magnopere nobis formidandum puto, rebus eo redactis, ut, nisi nobis caveatur, insignem mutationem accidere sit necesse. *Aquitanica expeditio* jam, ut audio, refrixit, qua de re Deo gratias ago. Ex aula ad te scribam quicquid acciderit. Hinc facile conjicis me melius habere quam antea, sed tamen non audeo dicere, me prorsus convaluisse, quoniam mali reliquias sentio, quod fortassis recrudescet. Sed nolo male ominari. Hodie est secta vena brachii sinistri, quod mihi profuturum spero, favente Deo, pro cujus gloria laboramus. De *Baduelli* successore sic habe: Tandem nacti sumus hominem singularis et doctrinae et pietatis testimonio ornatum. Aperui illi omnes hujus muneris conditiones. Accepit, sed negat se posse dimittere discipulos quos habet ante Calendas Maji, simulque rogat ut respublica nostra viaticum sibi et familiae, i. e. Uxori et aliquot liberis suppeditet, itemque devehendae bibliothecae, quam, ut audio, bene amplam et instructam habet. Testatur *Mercerus* peritissimum esse etiam in hebraicis. Sed ipse noluit hebraearum literarum professionem amplecti quod se dicat illud stadium intermisisse. Quum eo venerit vos dispicietis, et ego, ut spero, una vobiscum. Nihil ei promisi, sed tantum dixi, me de iis quae peteret, statim ad vos relaturum. Videte ut certum responsum mox mittatur. *Uxor mea* non adest, nam est apud Patrem quem ego infelix invisere non possum. Unum superest quod scribam, de quo Tu constitues quod videbitur. Quidam hic latitat ex

3) Zu St. Germain.

Nemorsi familia, ex cujus ore auditum est, captam quidem non esse *Genevam* (quod rumor vanus sparserat) sed nondum interruptum ejus intercipiendae consilium. Rogatus ab amico ut ederet quid hoc rei esset, respondit: intromitti paulatim certos homines in Urbem, qui mane exeuntes ex diversorio simulent quidem se oppido egredi, sed ingrediantur in quasdam novas aedes proxime pomoerium extructas. Cujusmodi multa jam pridem falso sparsa fuisse scio, sed hoc tamen negligere nolui. Si quid amplius resciero statim scribam. In aula non credas quam frigide ista [4]) curent. Itaque recte fecerint nostri, si quando ad *Posidonium* et *Condaeum* scripserint, vel tu potius, quum commodum videbitur. Bene Vale, mi Pater. D. Jesus te servet incolumem cum urbe tota et regnum suum magis ac magis inter vos amplificet. *Lutetiae* XVIII Januarii 1562.

Tuus Beza.

---

1. Febr. 1562. **Beza ad Calvinum.**

S. Miraris nimirum tam altum et diuturnum silentium. Culpam sustineant oportet qui diem de die ducunt.

Adversarios habemus partim *Sorbonicos* [1]) omnis generis, partim *Italos*,[2]) *Jesuitas*,[3]) *Franciscanos*,[4]) *Dominicanos*[5]) et crescit quotidie eorum numerus; Nos quatuor omnino sumus *Marloratus*, *Peroscelius*, *Barbastus*, bonus et integer homo, *Navarrenae* minister, et ego. Conditiones colloquii nullae, tantum constituit *Regina* ad Pontificem mittere, quae ultro citroque dicta fuerint: Vides quam multa causificari licuerit, tamen satis fuit nobis testari ne fratribus aut Ecclesiis fraudi esset, quodcunque facturi aut dicturi essemus. Addidimus de Concilio, nos liberum Concilium non detrectare, sed ejusmodi illud, quod nunc constituitur, pro nullo a nobis existimari. Tandem igitur ventum

---

4) Nicht ſowohl die genfer Sache allein als hauptſächlich die Unterſuchung über die Entführungsanſchläge des Herzogs von Nemours.

1) Joh. Maillard, Decan der Sorbonne; Salignac, d'Espenſe, Bouteiller, Vigor, Pelletier, Fournier, Picherel.

2) Fra-Juſtinian von Corcyra gebürtig der Schatten des Legaten.

3) Lainez, der Jeſuitengeneral.

4) Joh. Dehan (od. de Han), der eigentlich vom Orden der minderen Brüder war und der oben genannte Fra Juſtinian.

5) Demochares oder De Mouchi Inquiſitor.

est ad *Colloquium* in magna hujus arcis Basilica,[6]) 28 superioris mensis.[7]) Interest *Regina* cum Cardinalibus et reliquis privati consilii consiliariis, adsunt etiam principes[8]) aliquot sed ut privati: assident quoque ex Parlamentis selecti duodecim, praescripta sunt capita quinque: de Imaginibus, de forma Baptismi, de forma Communionis, de sacrificio Missae, de Ministerio et Doctrinae capitibus. Non placet fortassis neque ordo, neque divisio, ac ne mihi quidem, sed ita visum est iis qui possunt omnia. Rogatus, quam ob causam ab Ecclesia Romana discessionem fecissemus, exorsus sum ab illis protestationibus, deinde ad duas horas de imaginibus dixi quae mihi suggessit Deus, tum ex ipsius verbo, tum veteris illius Ecclesiae Testimoniis. Adversarii tempus sibi ad respondendum postularunt; convenimus ergo ult. Jan., habuit orationem *Pelletarius*, sed prorsus vulgarem. Secutus est Jesuita ille histrio qui in conventu quoque *Possiacensi* intervenerat, nec minus se lepidum praestitit quam antea. Tertio loco dixit *Salignacus* et vere profecto et fortiter: non contentus dicere quod res erat, nisi etiam quae ab illis erant allata, palam confutaret: Ubi animadvertit *Turnonius* quorsum tenderet ejus oratio, primum murmurare deinde querulari, postremo relicta sede ad focum pergere, tandem vero in extremum angulum sese recipere ut conspici non posset: *Salignacus* ex adverso pergere, et eo usque progredi, ut diceret: Idolatras, ut petierat David,[9]) in stipites et saxa converti, ac proinde veritatis vocem non exaudire: Ubi ille desiit[10]) *Benedictus ille Dominicanus*[11]) ut ruentia idola fulciret, multa deblatteravit sed falsissima et ineptissima: Tandem igitur respondi et *Salignaco* assensus, singula eorum argumenta ita ut potui diluere studui. Ita discessum est, adversariis, Dei gratia, eo adductis ut nisi nox intervenisset prorsus superati videri potuerint. Hodie reditum est in campum: longam orationem habuit Corcyrensis quidam *Franciscanus*,[12]) *Legati* assecla, satis acutus sophista, nec prorsus imperitus: Secutus est *Spensa* qui copiosissime causam nostram defendit, ita tamen, ut multo minus nervorum haberet quam *Salignacus*, nec

---

6) A la grande salle du Conseil. Hist. Ecclésiast. I. 692.
7) Januarii.
8) Episcopi im Gedruckten.
9) psalm. 115, 8.
10) accurrens im Druck.
11) Demochares oder De Mouchi.
12) Das Gedruckte ſetzt hier: ut ajunt hinzu. Es war Fra Juſtinian, von dem ſchon in der Geſchichte des Geſprächs zu Poiſſy die Rede war.

tam sincere quin nonnulla commiscuerit quae adversarios placarent, conclusit nullo nec externo cultu dignas esse imagines: Sed de Cruce multa protulit, re in dubio relicta, et ex templis penitus tollendam non censuit, denique quod recte censuerat, conatus est utcunque emollire:

Jussus est postea prodire *Minimus ille Parisiensis,* [13]) seditionum fax, quo nihil ineptius et indoctius audivisse memini: eram responsurus si per tempus licuisset: Nox igitur hanc tertiam actionem diremit, quam ego, ut spero, cras excipiam. Si rogas quid sperem? Hoc unum ut magis elucescat veritas et aliquos semper lucrifaciamus, aliud praeterea nihil. Inquirunt diligenter quibus conditionibus liberum et christianum definiamus Concilium? Hic ergo erit nobis laborandum et rogo ut nos tuo consilio primo quovis tempore adjuves. *Edictum* [14]) *Rothomagi* promulgatum est, *Parisienses* adhuc resistunt nec dubium est quin alicunde in hac pertinacia confirmentur. *Miser ille* [15]) jam prorsus est perditus et omnia secum perdere constituit: *Uxorem* amandat, *Posidonium* cui omnia debet vix intueri sustinet: accersuntur *Lotharingi*, denique extrema omnia in nos comparantur, ita placet Domino gaudium nostrum temperare. Nostram illam Αυτοκρατορα [16]) certum est extra culpam esse et istis maxime offendi: Utcunque sit Deum spero victorem fore, et nos interea, illo favente, pergemus: Interea tibi cogitandum relinquo, quibus curis, doloribus et laboribus excrucier, ut Deum precari non desinas. Quam diuturnum futurum sit hoc colloquium, et quae sint subsequutura nescio, sed me totum Deo committo; *Condensem* morbus repentinus pene nobis abstulit *Lutetiae*, heri lectica huc perlatus, incipit habere melius et affirmant medici extra periculum esse. Ego neque prorsus valeo, neque etiam aegroto, sed medius pendeo. [17]) Valde inter caetera me excruciat patris desiderium qui uxorem amicissime ad me *Lutetiam* misit. Eam tamen nondum vidi, nec quando sim visurus scio. Et de his quidem hactenus. *Normandius* rebus infectis ad suos rediit, ut tantisper dum tempestatis hujus exitus apparebit res suas utcunque componat, mox reversurus. Ejus literas ad te mitto. Scripsit ad me *Villemongii* nostri Vidua, ut pro se *Posidonium* interpellarem, quod faciam quam diligentissime potero, et jam

13) Johannes Dehan. Hist. Eccles. I. 692.
14) Das Religionsedict vom 17. Januar.
15) Der König von Navarra.
16) Die Königin Mutter.
17) Der folgende ganze Schluß des Briefes iſt nicht im Gedruckten.

praestitissem nisi sero accepissem ipsius literas. Bene Vale, mi Pater et tuum Bezam, si unquam alias, Domino commenda. Amplissimum Senatum cum collegis et amicis omnibus rogo ut meo nomine salutes. D. Jesus vos incolumes servet. Ex Sangermano primo Die Februarii.

Tuus Beza.

Dominum *Marchionem* rogo ut nominatim salutes meo nomine, quem utinam servet Dominus. *Albrechtus* et ego laboramus in pecuniaria illa caussa, sed jam mihi nullus ad *perditum illum* [18]) accessus patet, partim quod refugit, partim quoniam prae indignatione vix sustineo illum aspicere.

A Monsieur Monsieur d'Espeville a Villefranche.

---

18. Febr. 1562. **Calvinus Bezae.**

S. Nihil abs te accepi ex quo secundae actionis jucundam historiam breviter complexus es. Verum ut plena est aula doliis perforatis, multi rumores ad nos usque pervolant: ut plura audire necesse sit quam tu scias. Hoc facit locorum distantia ut multi apud nos se plura cognoscere existiment oculis rerum praesentium spectatoribus. Miror te in prima actione non animadvertisse in quas plagas te conjiceres. Semper mihi displicuit vestra illa ratio, ut dimidia pars causae in antiquitatis testimonio consistat. Sed quia non errore vel incogitantia lapsus es, judicium istud tibi liberum relinquo. Vulnus tamen cui cicatrix obducta erat, ex professo renovatum cogit me profiteri quantopere abs te dissentiam. Plausibile fuit contra imagines vetustatem objicere, nunc quid Baptismi Chrisma, exsufflatio, cereus Paschalis? Sed me cohibeo ne videar supra *Marloratum* et similes sapere. Interea me tui miseret quem eorum stultitia in profundum lutum demergit. Quod ad Concilium spectat breviter perstrinxi quid expedire censeam, ubi legeris fortasse negliges: quia nihil profero nisi vulgare. Sed tibi obsequi nihil agendo satius fuit, quam negare quod postulabas. Nunc transeo ad alia etc.

18) Wahrſcheinlich wiederum der König von Navarra.

---

26. Februarii 1562. **Beza Calvino S.** v. Opera Calvini. Edit. Amst. p. 166-167.

Diu et obstinate tacui, ne tibi sollicitudinem et dolores augerem: sed ne nunc quidem possum aliud quam turbas et tumultus nunciare. Primas actiones nostri congressus diligenter ad te perscripsi: postremae dissimiles non fuerunt. Audivimus infinitas et incredibiles ineptias. Ita illis responsum est, Dei gratia, ut mirer adversarios prae pudore et ignominia non corruisse. Perstiterunt tamen, suo more, et omnes contumelias fortiter devorarunt. Ubi ventum est ad primi capitis de imaginibus conclusionem, tres inventae sunt sententiae. Nos enim petiimus semel ejici imagines: adversarii cum omni suo cultu retineri. Medii (id est, *Valentinus Episcopus*, *Salignacus*, *Spensa*, *Botellerius*, *Picherellus*, à quibus alioqui miserrime et acerbissime vexati sunt hostes) cultum duntaxat sustulerunt. Tum *Regina*, cujus patientiam tibi satis connotare non possum, nos ad concordiam multis verbis cohortata, tandem imperavit ut singulae factiones suam sententiam perscriberent. Hostium opinionem nec describere, nec mittere placuit. Ex nostra cognosces, nos de industria studuisse, ut abrupti colloquii culpa omnis in illos transferretur. Id enim callide captabant, ut, quoniam primi eramus sententiam nostram recitaturi, si praecise negaremus nos nunquam nec ullis conditionibus coituros nisi omnibus imaginibus statim profligatis, responderent sibi cum tam praefractis hominibus nihil fore negotii, et alioqui fuisse de jure suo decessuros. Neque vero nos haec expectatio fefellit. Nam simulatque viderunt nos de veritate quidem nihil concedere, sed tamen, oblata quadam conditionis specie, illis eripere quod quaerebant, aperte coeperunt per suos dicere omnia haec ad *Concilium Tridentinum* esse remittenda. Nos autem contenti fuimus de nostra promptitudine testari, et manifestas rationes proferre, cur illius conciliabuli decretis stare non possemus. *Regina* initio in ea erat sententia, ut omnino vellet illos ad finem usque pergere: sed cum animadverteret, factiosos quosdam hac occasione arrepta interea per cuniculos aliud moliri, tandem per *Cancellarium* significavit, sibi non videri ut procederet colloquium, quandoquidem in primo capite, quod maxime videbatur perspicuum, tanta appareret dissensio. Nihil hoc consilio gratius accidere potuit nostris adversariis quibus iste ludus minime placebat, adeo ut ipse *Demochares* (asinus omnium quadrupedum, *Mallario* excepto, infacetissimus) pene sui oblitus in meos amplexus rueret, et ejus sodales honorifice me salutarent.

Relinquo tibi cogitandum quam belle mihi cum illis bestiis convenerit. Certe non sine risu ipsius Reginae illos à me dimisi. Interea jussi sumus nostram de reliquis etiam capitibus sententiam paucis perscribere. Sed hoc fiet, opinor, ad Calendas Graecas. Interea dum haec fabula peragitur, non credas quas nobis tragoedias excitarit *ille quem minime omnium oportuit*, [1]) de quo si deinceps scripsero, *Julianum* vocabo. Dicam uno verbo, opus est Domini, justa sua judicia exercentis: et vix ullum extat similis levitatis, perfidiae, sceleris exemplum. Neque puduit illum quo die sum eum in lectulo alloquutus, non aliter mecum agere, quam si ignorarem quae vel ipsis pueris nota sunt. Ab eo tempore odium in me suum non jam dissimulare, sed aperte prodere coepit, et spiritu malo palam agitatus insanire. Sed bene habet quod Deus omnem illi mentem ademit, adeo ut ne insanus quidem videatur magnopere formidabilis, *Uxorem* autem tibi affirmo duplo fortiorem esse, quam unquam antea. *In Posidonio* et altero ejus fratre [2]) nihil est quod requiras. Uterque cessit illius insani furoribus, sed certo consilio, quod nobis utile fore spero, quamvis maluissem ad extremum invictos sese opponere. Sed aliter judicant faciendum fuisse, quibus arcana ista notiora sunt quam mihi. Hoc quidem scio, et *Regi* et *Reginae* gratissimos discessisse, et spero aliis ad exeundum januam patefecisse qui minime hoc sperarant. *Tertius frater* [3]) in aula remansit, homo, si quisquam in eo ordine alius, plane integer: adeo effusa est Dei benedictio in totam illam familiam. Hac occasione arrepta, cupide et ipse ex aula discessi ad *patrem* profecturus, simulque me ad reditum comparans. Sed ecce novae turbae, in quibus nefas fuit hanc Ecclesiam (cujus gubernationem nosti) deserere. Senatus [4]) neque precibus neque minis potuit exorari, ut iniquissima etiam addita duorum capitum declaratione, Edictum promulgaret. Hinc igitur infiniti tumultus, conspirationes apertae, mutuae caedes, et quid non? et haec omnia debemus accepta referre Juliani furoribus. Interea grex crescit infinitis modis: quae una res me hic retinet, quoniam video Dominum huic qualicunque meo labori benedicere. *Abhinc quatriduum* Regina huc venit, ut Edicti promulgationem extorqueret. Ejus consilium infelix ille impediit, Edictum igitur illa, una cum ea quam dixi

---

1) Der König von Navarra.
2) Er meint den Coligny und ſeinen Bruder d'Andelot.
3) Odet, Cardinal von Chatillon.
4) Das Pariſer Parlament.

declaratione, secum abstulit, et Senatum monuit ut saltem melius aliquod consilium daret. *Eodem die*, qui tamen festus non erat, convenimus in concione pomeridiana ad viginti quinque hominum millia, in quibus erant plurimi omnium ordinum hujus civitatis non alio habitu, quam si in curiam fuissent ingressuri, et ex nobilitate quamplurimi. Hoc spectaculum alios ad rabiem et desperationem adegit, alios fregit, alios coëgit suspensos haerere: et sane in his turbis quidvis experiendum video. Consilium eorum qui in *Senatu* nobis adversantur, id est partis aliquanto majoris, ejusmodi est in summa. Observandum esse *Julii mensis Edictum*, non quale habetur, sed ita ut perscriptum erat in curiae registro, id est multo crudelius. Non deesse Principem (is est *Aumallaeus*) qui paratus sit intra mensem omnes istos extra Regni limites profligare. *Sorbonam* scripturam esse brevem Catechismum, qui à Catholicis doctoribus in omnibus oppidis explicetur: itemque fidei capita, quibus *Rex* ipse primus, deinde omnes sine exceptione subscribant. Qui hoc facere recusarit, si quo munere fungatur, ab ejus functione per annum abstineat: nisi intra annum resipuerit, exilio et fortunis multetur. Sin privatus fuerit, intra mensem excedat Regni finibus, *Ministri* intra diem decimum quintum, addita revertentibus capitali poena, pellantur. Nostrarum Ecclesiarum matrimonia irrita habeantur, et ex iis prognati mares vel foeminae inter spurios numerentur. Quid amplius? ut quos baptizavimus, alieni ab Ecclesia censeantur. Haec illi: et sane gaudeo quod nullum medium consilium ceperint. Neque enim arbitror ullum prorsus fore qui non eos ut stultos rideat et ut insanos rejiciat. Interea exitum aliquem praestolamur. De mea valetudine, videor quidem mihi melius habere, sed tamen quotidiani labores vix sinunt me respirare. Interea millies mori malim, quam in tanta tempestate quiescere, laborantibus omnibus. Preces tantum peto, et rogo, mi pater, ut, quod ad rem istam attinet, caetera arbitrio meo relinquas. Nam si tute hic esses, piger tibi viderer in tanta necessitate, quantam hic conspicio, in ea urbe quam adversarii praecipue petunt. De meo reditu idem est mihi animus. Quid multi cupiant atque etiam importunissime flagitent, partim jam admonui, partim deinceps cognoscetis. Nam etsi ita restiti, ut millies praedixerim nihil tale esse ipsis cogitandum, tamen video ipsos omnia tentaturos. Quid expediat si requiris, puto de hoc constitui non posse in ista rerum perturbatione. Conjicio *Julianum*, qui omnibus bonis semel bellum minatur, numquam passurum ut diutius in hoc Regno maneam. Sed in omnem, ut aiunt, eventum proderit

publicis literis me *ad Calendas Maii*, ad summum, revocari. Si interea ejiciar, certe solus non ero. Sed hoc, ut spero, Deus avertet. Sin minus, tamen omnes intelligent merito me de reditu cogitare: et hoc fortassis obstabit, quominus ad vos mittantur qui vobis atque etiam mihi sint molesti. Haec tamen ita dicta et scripta sunto, ut me existimetis nihil aliud decrevisse, quam quod censueritis ex usu esse Ecclesiae, sive hic mihi sit manendum, sive redeundum. Jam ad postremas tuas venio. Quod de *Hispani* et aliorum foedere istic fertur, jampridem hic volitat; et facit adversariorum confidentia, ut non penitus vanum esse rumorem conjiciamus. Sed nihil certi possumus adhuc affirmare, quamvis *Posidonius*, qui tum hic erat, quum literae tuae et illi et mihi redderentur, omnia sedulo sit expiscatus. Nam commode evenerat ut tum quoque *Regina* hic esset. Puto igitur neque contemnendum esse hunc rumorem, neque nimium reformidandum. Diligenter omnia scrutabor, et statim perscribam. Et hic necesse est, mi pater, ut tibi alioqui tot laboribus oppresso, hoc onus invitus imponam, ut *Martyrem* et nostros illos, quoties licebit, certiores facias eorum quae hic geruntur: quamvis hac molestia, quoad ejus fieri poterit, ipse te libenter liberabo. Habes literas aliquanto longiores, quam si saepius scripsissem: sed tamen rogo ne ulla negligentia factum putes ut tamdiu tacuerim. Bene vale, mi Pater, cum fratribus, Collegis et amicis omnibus. D. Jesus te magis ac magis in opere suo confirmet, et ad extremum usque tibi benedicat. Lutetiae, 26 Februarii (1562).

---

2. Martii 1562. **Beza Bullingero.** Mss. Genevens.

S. Paucis accipe nostrarum Ecclesiarum statum. Post varias jactationes tandem scriptum est edictum quo nobis conceditur in suburbiis praedicandi verbi et administrandorum sacramentorum potestas. Edictum scriptum est verbis satis duris et additae nonnullae conditiones parum aequae. Itaque sperabant adversarii fore, ut nunquam acquiesceremus, et civilis belli occasionem justam praeberemus. Nos vero praesentibus contenti, et reliqua sperantes a Domino acquievimus. Hinc illi aperte furere coeperant, et moras omnes nectere, ne publicaretur edictum. Obtinuit tamen in omnibus Parlamentis, duobus tantum exceptis, nempe *Divionensi* et *Parisiensi*. Itaque nullum est injuriae genus quod uno mense non sit

experta haec Ecclesia, quamvis, Dei beneficio, aliquoties ita sint hostes repressi, ut mala consilia in ipsorum capita reciderint.

Institutum etiam fuit colloquium alterum, in quo disputarunt circiter *tredecim Sorbonici* cum ministris tribus nempe *Marlorato*, *Perocellio* et *Beza*, universo regio consilio praesente. Primum certamen fuit de imaginibus per sex integros dies. Non credas quam ineptos sese praebuerint. Quinque ex altera parte, nempe *Valentinus* Episcopus, *Spensa*, *Botellerius*, *Salignacus*, et *Picherellus*, omnes egregie docti, omnem imaginum cultum fortissime et liberrime nobiscum oppugnarunt. Perstiterunt tamen illi, et ad *Concilium* omnia remittenda censuerunt. Succedebat disputatio de Baptismi Ritu, prout ferebat constitutae collationis ordo, sed Cardinalium intercessione ac precibus mox soluta sunt omnia. Interea furere Senatus *Parisiensis*, et aperte in nos conjurare omnes civitatis ordines, quamvis ex omnium civium genere non paucos in Ecclesia numeremus, palam et ingenue Christum profitentes. Hostes denique quidvis moliri ne publicaretur edictum quod nobis ad plenam libertatem iter substernit. Longo volumine opus esset, si singula consilia et infinita divinae providentiae exempla velim commemorare. In summa postquam *Amiraldus* cujusdam [1]) furori cedens, ex aula excessit, eo adducta res est ut valde simus periclitati. Sed ea fuit *Condensis* et aliorum quorundam virtus, ut hoc biduo obtinuerimus edicti promulgationem, quam crastino die futuram speramus, frustra reluctante majore parlamenti parte. Additi sunt praesidiarii pedites trecenti, et cataphracti equites quadraginta, *Mommorantio* [2]) hujus urbis praefecto, cum amplissima in seditiosos potestate. Sed *Guisiani* in Aula expectantur, unde conjicio nondum finitam tragoediam. Utcunque sit, in Deum speramus, et si forte nos coegerit hostium rabies ad manus serio venire, puto nos viribus non multo inferiores fore. Sed utinam hoc avertat Dominus, qui mirabiliter hactenus nostrorum animos in officio continuit. Ego qui, si liceret, nihil magis cuperem quam longissime ab istis motibus abesse, tamen fratrum precibus expugnatus adhuc hic haereo et omnia experior ut nostros ad patientiam componam, nec interea sine maximis periculis hic versor. Ad haec incommoda accedit parum prospera valetudo, assiduis curis et laboribus ita me distorquentibus ut totus jam canescam et macrescam magis ac magis. Itaque te rogo ut, si unquam alias, mei in vestris precibus memineritis. Habes

1) Navarreni scilicet.
2) Das iſt der Marſchall von Montmorency, Sohn des Connetable.

brevem maximarum rerum summam. Nam singularia ex eo cognoscere poteris qui tibi has literas reddit homine et pio et industrio.

Jam venio ad ea quae per *Calvinum* nostrum mihi significasti, a quo etiam tuas literas nudius tertius accepi. Crede mihi, mi pater, nihil gratius, nihil magis tempestive nobis nuntiari potuit. Da igitur operam ut noster iste, qui hanc unam ob causam istuc proficiscitur, omnia cl. viri *Hartmanni* hac in re consilia intelligat, ut quam celerrime certi quidpiam istinc possit afferri, quod nutantem nostram ἀυτοκράτορα et assiduis quorundam perfidiosorum minis imparem, aliquo modo fulcire ac proinde certam nobis adversus Antichristum victoriam parare possit. Curabunt igitur illi quae ad Germanos spectant. Tu vero vide quaeso etiam atque etiam ut non vestrates modo, sed etiam vicinos ad eadem consilia impellas, quae et nobis utilissima et vobis quoque (quandoquidem de communi caussa disceptatur,) non incommoda fore tute satis intelligis. Quam autem agendi rationem fideles nostri proceres maxime expeditam et opportunam esse judicent, omnia denique ad hoc curandum negotium pertinentia, noster iste abunde tibi exponet ut pluribus haec a me scribi minime sit necesse, quae coram multo plenius ex ipso cognosces.

Bene Vale, mi Pater, D. Jesus te incolumem servet et sancto suo spiritu in opere suo magis ac magis confirmet. D. *Martyrem* patrem mihi plurimum observandum caeterosque colendissimos fratres, rogo ut meo nomine salutes, et ubi praesentem *Galliae* statum iis exposueris, nostras Ecclesias, vix dum per infinitas tempestates emergentes, assiduis precibus Domino commendetis. Iterum vale Lutetiae sexto Nonas Martias.

Tuus Beza.

Von Bullingers Hand beygeſchrieben:

Requisiti Evangelici in Gallia qua ratione petant Concilium? responderunt.

1) Nolumus quemquam convenire ex Pontificis indictione sed ex nostri Principis mandato.
2) Locum requirimus ab omni pontificia potestate immunem et quoad etiam fieri possit oportunum.
3) Concilium petimus inchoari, non autem continuari Tridentinum conciliabulum.
4) Controversias omnes ex Dei verbo decidi postulamus.
5) Pontificios non admittimus pro judicibus sed pro antagonistis, ac parem petimus certum utrinque numerum

colloquutorum constitui, qui, praesentibus Principum legatis, de singulis controversiis disceptent, et si fieri possit constituant.

6) Salvum conductum petimus idoneum in quo diserte infringatur constitutio de fide haereticis, ut vocant, non praestanda.

« Descripta haec ex Charta imposita his *Bezae* literis.

Cardinalis Ferrariensis Legatus Pontificis in *Gallia* petit nomine *regni Galliae* mitti in Concil. Trident. 12 episcopos Gallicanos, Et ut se subjiciant Conc. Trident. »

---

22. Martii 1562. **Beza Calvino.**

S. Mi Pater, ex postremis literis meis cognovisti quo in statu essemus. Caetera nunc accipe. Quo die *Guisianus* cum suis urbem est ingressus, [1]) post varia consilia, tandem placuit *Condensi* ut et ipsi cum nostris copiis in altera urbis parte concionem haberemus, quod consilium virtutis et constantiae plenum ita successit, ut hostes, qui putabant nos ad primum sui conspectum omnia deserturos, ipsi trepidare inceperint. et certe multo majores et firmiores copias repente nobis obtulit Dominus, quam ausi fuissemus sperare. Ab eo tempore perreximus nostro more, sine insigni tumultu. Augetur quotidie illorum numerus, sed noster multo magis. Millies occidimus, millies resurreximus. Expectamus opus Domini, et, ut nunc quidem res sunt, bene speramus. Precemini si unquam aliâs. Cogitationem de meo reditu ista interturbant, sed scitote me nec temere nec frustra ὑπερημερον fore. *Condens. Posid. Juliani Uxor* [2]) sese tuis precibus commendant, omnes, Dei gratia, fortes et constantes. Bene Vale, mi Pater, Dominus Jesus te incolumem servet, et in istis publicis ac domesticis malis soletur. Ampliss. senatui respondebo simulatque vel minimum otii nactus fuero. Ne mireris me Dialectici oblitum, *nam ipsum parentem cogor negligere in lectulo decumbentem*, quod me ita angit ut plene conficiar. *Lutetiae*, vel ex mediis castris potius 22 Martii.

Tuus Beza.

---

1) 16. März gegen 3 Uhr Nachmittags.
2) Die Königin von Navarra.

25. Mars (1562). **Beze (aux Eglises principales du Royaume).** Mss. Genevens.

Tres chers freres s'il plaisoit a nostre bon Dieu et pere tellement disposer les cueurs de ceulx qui ne peuvent endurer son règne qu'ils nous laissassent jouir paisiblement de ce peu de liberté que le roy nostre souvrain seigneur, suivant l'advis de la Royne, sa mere, de ses estats et de la plus notable compagnie du royaume, nous a accordé, nous serions maintenant en quelque repos et soulagement; mais puisqu'il luy plaist nous exercer encore aujourdhuy, par ceulx la mesme qui ont jadis este les instruments des afflictions et persecutions extrêmes que nous avons souffertes, il fault que nous nous armions des mesmes armes desquelles nous avons si heureusement combattu jusques icy par la bonté de Dieu que malgré les flames nous sommes arrivez a un poinct directement contraire au desseing et volonté de nos plus aspres ennemis. Armons nous donc de priere et d'esperance et de patience, par lesquels il est certain que le Seigneur parfera son oeuvre en nous. Cependant puisque Dieu nous a amené à ce poinct que nul ne peult troubler nostre repos qu'il ne viole la protection et soulagement en laquelle il a pleu a nostre Roy, nous recevoir et par consequent qu'il ne se declaire ennemy de sa majesté et du repos de ce royaume, il n'y a droict divin et humain qui ne nous permette de nous contregarder en demandant secours à ceulx ausquels Dieu a donné authorité et vouloir de remedier à ces troubles selon que la consequence des affaires le requiert. Et d'aultant que ceste eglise [1]) est celle que le diable assault le plus rudement et qui est exposée plus que nulle aultre aux entreprinses des malings, Voila pourquoy, tres chers freres, nous sommes les premiers á vous conseiller, affin que pensiez et pourvoyez au mal commun, selon que la necessité le requiert et la commodité que Dieu nous offre nous y seconde, encores que ce soit peult estre si tard que les remedes ne puissent arriver assez a temps. Vous entendrez doncques par le present porteur la necessité en laquelle nous nous sommes retrouvez depuis peu de jours, comme Dieu nous en a garanti par la constance et vertu qu'il a donné a Monseigneur le *Prince de Condé* pour nous assister en effect en cet extreme besoin sans dissimulation aulcune, l'affection singuliere du dit Sgneur et Prince a maintenir l'authorité du roy et la liberté ottroyée aux Eglises

1) Diejenige zu Paris.

par le dernier Edict, [2]) et finalement les forces et menaces de nos ennemis! Sur cela il vous est aisé de conclurre que si jamais il fut besoin de penser a soy, de se munir pour obvier a tels desseings, c'est maintenant, sans user de tergiversations ni longues consultations. Car il est question d'estre du tout ruinez et quant a l'estat de la conscience et quant aux corps et aux biens, ou bien de s'opposer entierement et resoluement a ceulx qui non seulement contre Dieu et raison, comme ils ont toujours faict, mais aussi contre la defense du roy (ce que jamais nous n'avons obtenu jusques a present) ont soif de nos vies et de nos biens. Nous vous prions doncques et requerons et supplions au nom de nostre Seigneur, que vous n'espargniez rien de ce que Dieu vous a donné en main pour defendre la gloire d'iceluy, la vie et les biens de vous et des Vostres a l'encontre de tels agresseurs. Quant aux moyens vous les entendrez en partie par le present porteur, en partie aussy vous les saurez bien conjecturer vous mesmes. Seulement nous vous supplions de rechef au nom de Dieu et tant qu'il nous est possible, ne vouloir doncques faillir à vous mesmes en un tel besoin et telle commodité que le Seigneur vous offre, et le tout en telle promptitude et diligence que le cas le requiert.

Tres chers freres après nous estre trés fort recommandez à vos bonnes prieres nous prions nostre Seigneur vous tenir en se saincte garde De *Paris* ce XXV Mars (1562). [3])

Ausgangs März 1562. **Beze au Gouverneur de la Champagne.** [1]) Mss. Genevens.

Monseigneur, l'asseurance que nous avons des graces que Dieu vous a faictes, et l'extreme necessité en laquelle nous voyons les eglises de ce royaume estre reduictes, nous ont non seulement donné la hardiesse mais, qui plus est, commandé de vous advertir de l'estat auquel nous nous trouvons pour ce jour dhui, affin que soyez d'aultant esmeu a considerer ce que Dieu requiert de vous et avoir esgard aux

---

2) Vom 17. Januar.

3) Das Concept, welches von diesem Schreiben allein noch übrig ist, hat keine Unterschrift, ist aber von Beza's Hand.

1) An den Herzog von Nevers. V. Hist. Eccles. II. 360 u. 370.

miseres d'une infinité de paours gens maintenant amenez en peril extreme contre toute justice et equité et mesme contre les ordonnances du Roy. Vous savez Monseigneur et pouvez vous mesme tesmoigner par combien d'afflictions et miseres la paoure troupe des fidèles est parvenue a ce poinct qui luy est ottroyé par le dernier edict.[2]) De sorte que les plus grands adversaires debvroyent estre saoulez de nos misères et calamitez n'estoit qu'il n'y a jamais fin a ceste guerre perpetuelle qui est entre Satan et l'eglise de nostre Seigneur. Voila pourquoy maintenant que nous experions quelque repos sous la protection de nostre roy et de la reine sa mere, tout cet espoir nous est tourné en une juste crainte d'une condition beaucoup pire que la première. Car voyant ceulx qui font profession de nous avoir en haine et execration, non seulement se liguer ensemble, mais aussy s'estre munis d'armes de toutes sortes comme en une pleine guerre, et nous oyants tous les jours menacés d'une totale destruction, considerant aussy de quelle façon on a traicté ces jours passes[3]) nos paoures freres *de l'eglise de Vassy* audedans de *Vostre* gouvernement que pouvons nous conclurre aultre chose sinon que non obstant toute equité et justice et contre lintention et debonnaireté *du roy* et de la *Royne*, nostre ruine et desolation est conclue, jurée et en chemin d'estre bien tost executée? Voila doncques pour le jour dhuy la disposition de nos affaires laquelle nous contrainct de nostre costé de regarder s'il y a quelque justemoyen non point d'offenser nos ennemis pour lesquels plustost nous prions tous les jours et de cueur et de bouche, en rendant le bien pour le mal, comme il nous est commandé de nostre Dieu, mais pour nous garder au cas qu'un tel oultrage nous soit faict contre les defenses expresses du roy. Car puisque les dessus dicts ne font nulle difficulté d'enfraindre l'edict faict sur le port d'armes et de paroles et par effect jusques a rassembler non point tant un nombre d'hommes, qu'une armée bien equipée, nous ne pouvons juger qu'il ne nous soit licité par tout droict divin et humain, sans contrevenir à la volonté du roy, avoir recours à ceulx qui peuvent contregarder nostre innocence par leur authorité, conseil et puissance. Voila pourquoy ces jours passez Monseigneur le *Prince de Condé* esmeu d'un vray zele de la Gloire de Dieu et d'un singulier désir de servir au Roy, voyant de quels dangers nous estions enveloppez,

---

2) (du 17. Janvier) iſt ausgeſtrichen.

3) Der Brief iſt alſo wenigſtens in der zweiten Hälfte des Monats März geſchrieben.

a recueilly ce peu de gentilshommes qui se sont trouvez tant en *ceste ville* qu'aux lieux les plus prochains; affin de nous maintenir par ce moyen, sous la protection du roy, en ceste liberté, que l'edict nous ottroye, et pareillement empescher la desolation toute apparente de toute ceste ville, avec un trouble universel de tout ce royaume. Et de faict le bon ordre qu'il y a mis jusques a ce jour dhuy, nous a gardés et entretenus après Dieu. Cependant nous voyons les dessus dicts non seulement ne departir mais qui plus est accroistre leurs forces de jour en jour, qui est la cause pour laquelle, encores que selon le vouloir et commandement du Roy nous ayons desisté de porter armes, toutes fois nous sommes contraincts a l'opposite de nous fortifier de ceulx ausquels Dieu a donné zèle, authorité et pouvoir, attendant que nostre bon Dieu et pere nous ottroye ce repos par nous aultant desiré et jusques ici envain esperé. Et d'aultant Monseigneur qu'il a pleu a Dieu vous eslever entre les plus grands de ce royaume, en toute sorte de grandeur, et qui plus est encores, Vous surannobler de la cognoissance de sa saincte verité avec une crainte de son nom et zele de sa gloire, voila pourquoy nous avons prins la hardiesse avec le bon advis et vouloir de Monseigneur le *Prince de Condé* de vous envoyer ce porteur exprès pour vous requerir et supplier au nom de nostre Dieu qu'en une telle et tant extreme necessité, ayant esgard non point a nous qui ne meritons que telles peines, mais au fils de Dieu qui s'est tant obligé tant les plus grands que les plus petits, il vous plaise vous approcher incontinent de ceste paoure et desolée eglise, aujourdhuy d'autant plus rudement et de plus pres assaillie que de la conservation d'icelle semble despendre l'estat de toutes les aultres de ce royaume. Estant venu, comme nous vous en supplions tres humblement Vous trouverez oultre Monseigneur *le Prince*, une compaignie de Seigneurs et Gentilshommes qui verrez volontier, avec lesquels nous esperons que Dieu Vous fera la (caetera desiderantur).

---

28. März 1562. **Beza Calvino.**

S. Die vicesima secunda [1]) hujus mensis excessimus ex urbe, me quidem invito sed frustra reluctante. Postridie

---

1) Das Journal de l'An 1562 (Revue Rétrospect. V. p. 88) sagt: Ce même jour (Le lundi «XXIII») le Prince de Condé s'en partit

Meldos pervenimus, ubi quotidie augentur copiae. Heri demum [2]) sese nobiscum conjunxit *Posidonius*, qui utinam citius advenisset. Cras Coenam, favente Deo, celebrabimus. *Andelotus* quoque aderit cum magna turma, et alios subinde adventantes excipiemus. Hostes relicto in urbe non magno praesidio, in aulam abierunt quod difficile non erat et prospicere et impedire. Sed aliter visum est certis de caussis, quas tamen nec satis intelligo nec probo. Quorsum progressuri simus adhuc incertum esse video. In urbe pergunt fratres suo more, neque existimo hostes nisi rescisso edicto, vim apertam adhibituros. Nostris video nec animum deesse nec vires, sed praeclaras occasiones nostra cunctatione jam amissas esse aegerrime fero. *Parisici* in collatione pecuniae, quamvis in extremo, ut vides, periculo non tantum frigidos sed plane etiam sordidos se praebent. Utinam alii sint dissimiles, ac vestri praesertim vicini. Alioqui, si in apertum bellum ista eruperint, necesse fuerit nos succisis nervis collabi. Sin minus, isti nimirum apparatus in fumos abibunt, tantisper dum exarmatos opprimant adversarii, nisi Dominus frangat eorum consilia. *Juliani* [3]) perfidiam scito omnia veterum exempla superare. Ego interea quid agerem? neque enim mihi dubium est quin vel jam interclusae sint viae, vel mox intercludantur. Cogor itaque non tantum spectator, sed etiam actor esse tristissimae tragoediae. *Uxorem* in hac urbe [4]) deposui, donec aliud consilium capiam. Quo die ex urbe discessimus *Pompeji* exemplum sequuti, *Normandius* diverso itinere eo venit, sicut ex *Gimardo* in hac urbe cognovi. Ita factum ut amicum non viderim, quem nescio an sim unquam aspecturus, quamvis placeat melius ominari. Audio etiam interceptas ejus merces, culpa ejus qui advehendas susceperat, ut qui aliquot sclopetos et nonnihil pulveris tormentarii simul cum caeteris incluserit, [5]) nec possum absens, re quoque mihi non

---

de Paris pour s'en aller à une sienne maison (Schloß) combien qu'il avait dict qu'il ne bougerait jamais de Paris que M. de Guise ne s'en fut parti.

2) Siehe Beza Turicensibus 12. April 1562. Dort ſagt Beza: ex urbe excessimus ad unius Diei iter. *Ibi sese nobis conjunxit Admiraldus.*

3) Antonii Reg. Nav.

4) Zu Meaux.

5) Sollte ſich nicht vielleicht hierauf beziehen was Chantonnay in ſeinem Briefe vom 24. März ſchreibt: le jour que le Prince de Condey partit, il fut pris ung bateau auquel l'on saisyt seze grandz toneaulx des plus grandz que viennent d'Allemagne avec marchandise, plains de pistoletz et de haquebuzes; et audict bateau y

satis cognita, illum juvare. Ad haec mala et illud accedit, quod deinceps nec tam saepe nec satis tuto poteris a me de rebus nostris certior fieri. Sed tamen intentus ero in omnes occasiones, nec ullam facile praetermittam. Caeterum obsecro te mi pater, ne te moerori dedas, vivit in coelis qui quotidie ex mediis tempestatibus serenitatem elicit, et nos procul dubio tuebitur. Amplissimo senatui, collegis, amicis, toti denique Ecclesiae multam salutem precor. D. Jesus te servet incolumem, mi pater, et preces tuas exaudiat. Meldis pridie Paschae.

Tuus Beza.

---

5. April 1562. **Beza Calvino.** Mss. Turicens.

S. *Meldis* ad *Clodoaldi pontem* [1]) reversi Sequanam trajecimus. In urbe fuit insignis trepidatio, quum moenia praeterveheremur, nec difficile fuit ingredi. Sed Ducibus aliter placuit. Inde biduo maximis itineribus *Aureliam* venimus [2]) adeo tempestive ut nullo negotio, et citra certamen, nondum videlicet ingresso hostium praesidio, simus ingressi. Equitum ad duo millia habemus. Reliquas turmas expectamus. Peditum nihil adhuc contraximus, sed colligi tantum jussimus. Ex aula variae, imo etiam contrariae literae *singulis paene momentis* afferuntur, modo bellum indicant, modo colloquium petunt. Pacis duas conditiones obtulimus, nempe si valeat edictum, et hostes armis depositis domum redeant. Sed praeter bellum nihil audeo sperare. Quaenam autem futura sit ejus gerendi ratio nondum possum prospicere, ac etiam multo minus de eventu pronunciare, nisi quod in Domino confido. De his admoneri omnino necesse est vicinos, [3]) quoniam eo redacta res est, ut vel nobis vel hostibus sit pereundum, nisi Deus απο μεχανης intervenerit. Neque in nobis stabit ruina sed ad exteros etiam pervadet. Si quaeris cur igitur jam pridem missi non sint nuntii, respondeo, me nihil aliud posse, quam

---

avoient plusieurs autres armes, qu'ont esté portées pour confisquez en l'Hostel de Ville. S. Mém. de Condé. II. p. 29.

1) Pont Saint Cloud. Man kam am 30ſten zu Mittag daſelbſt an. Hist. Eccles. II. 7.

2) 2. April 11 Uhr Morgens. Hist. Eccles. II. 7. III. 2. 158.

3) Die proteſtantiſchen Stände der Eidgenoſſenſchaft und vor Allem die Berner und Züricher.

ingemiscere, quum nos considero, et omnia conari, et omnia signa certissima animadvertere, ex quibus certa sit conjectura, Deum aliquid per se moliri. Exspectatis reditum meum ad *Calendas Maji*, cujus exitum fortasse ante eum diem intelligetis. *Hoc unum peto ut mecum precemini, ut mihi detur in Domino et vincere et mori.* Quorum nescio utrum mihi sit hoc tempore potius sperandum. Nam nunc quidem ad vos redire nec tutum, nec, si liceret, honestum est. Ecclesiarum negligentia et multorum sordes mihi sunt ipsa morte acerbiores. De *Normandio* nostro nihil accipio. Negotium pupillorum communis nostri amici commendavi ipsi *Cancellario* [4]) et amicis. Sed in hac tempestate non video quid conjici possit, *quum ipse Cancellarius in primis periclitetur.* Utinam brevi possim certiora scribere. Bene Vale, observande Pater, et tuum *Bezam*, si unquam alias, Deo commenda. Idem a tota Ecclesia peto. Aureliae V Aprilis 1562.

Tuus Beza.

---

12. April 1562. **Beza ad Turicenses et Bernates.** Mss. Turicens.

S. Quae abhinc annum fuerint gallicarum Ecclesiarum incrementa, et quam feliciter sub Regulo nostro, quem speramus alterum *Josiam* futurum ceperimus respirare, jam pridem cognoscere potuistis, fratres in Domino colendissimi. Huic porro progressui Satanam invidisse ac proinde nunc imum acheronta, fidelium suorum ministrorum opera commovisse, minime mirum est. Sed tamen operae pretium est, ut rem totam cognoscatis. In ipso *colloquio Possiaceno* (quod praecipue *Lotharingii Cardinalis* non tam astu quam impudenti audacia dissipatum est) coeperunt veritatis hostes, alioqui inter se inimicissimi, Herodis et Pilati exemplo, esse concordes et de crucifigendo Christo deliberare. Quumque viderent majorem esse in aula majorum procerum autoritatem, quam ut statim id possent obtinere, ad suas descenderunt artes. Itaque alii *Lotharingiam* versus abierunt, Germanos, objecta *Augustana Confessione* tanquam larva, vel in partes suas pertracturi (quum ipsi interea nihil minus quam religionem curent) vel nobiscum commissuri. Alii vero domi et in ipsis Regni penetralibus, ac praesertim *Lutetiae*, pecuniam, amicos, vires denique omnibus

4) De l'Hopital.

modis sibi coeperunt comparare. Neque enim dubium est quin cum caeteris omnibus sese conjunxerint. Haec omnia difficile non fuit prospicere, atque adeo multis indiciis deprehendere: sed cavere non item, quoniam ii quorum praecipue intererat (ut nostis filios hujus saeculi prudentiores esse filiis lucis) nunquam eo potuerunt adduci, ut in cognoscendis rebus dubiis eam diligentiam qua opus erat adhiberent. Itaque promulgato *Edicto*, [1]) quo nobis qualiscunque libertas conceditur, tutos sese fore sunt arbitrati. Deinde hoc etiam accessit incommodum, quod is [2]) cujus auctoritate caeteri necessario nitebantur, fascinatus hostium ludificationibus, post longam dissimulationem, tandem in eorum castra repente transiit, neque id fecisse contentus prius destitit, *quam pios Proceres ex Aula ejiceret.* Sequutus est deinde *Condensis principis* morbus, qui et ipse quum cuperet ad tempus domum secedere, ecce mox sese tota conjuratio patefecit. Nam evocatus in Aulam *Guisianus*, quasi mortes et exitium secum trahens, primo impetu *Vassiensem Ecclesiam* invadit. Est autem *Vassiorum* oppidulum non procul *Joinvilla Guisianorum* patria, jam pridem pietatis in illis regionibus nomine celebre, ac proinde *Guisianis* invisum. Hic ergo primum sese effudit illorum impetus, idque tanta cum rabie ut vix ullum unquam editum similis crudelitatis sit exemplum, sicuti ex vera rei gestae historia cognoscetis. Hujus crudelitatis nuncius, additis minis, quae praeter similem saevitiam nihil spirabant, sicut animos hostium inflavit, ita etiam nostros expergefecit, ut de remedio cogitarent. Evocati sunt igitur vicini nobiles, aderatque forte in Urbe *Condensis* domum properans cum uxore praegnante. Qui frustra omnia expertus, ut *Guisianus* alio itinere in Aulam inermis iret, tandem eo est adductus, ut, quo die et momento ille armatus ingressus est, eodem et ipse armatus, coacto repente circiter trecentorum nobilium comitatu, in concionem sit progressus. Ab eo die in Urbe omnia castris potius quam civitati similia fuerunt. Tandem venit *Navarrenus*, qui *Reginae* jussu juberet utrinque arma deponi. Quorsum haec tenderent, nemo erat hic qui ignoraret. *Condensi* certis de caussis non placuit hoc expectare mandatum, itaque ex urbe excessimus ad unius diei iter. Ibi sese nobiscum conjunxit *Amiraldus*. Mox quoque aliae accesserunt copiae, dum expectamus, ut *Guisianus* et ipse discederet. Ac discessit ille quidem, sed armatus recta ad *Regem* et *Reginam*, contra eorum mandatum.

1) Januarii.
2) Rex Navarrae.

Et quidem praesidio in urbe sub nomine *Cardinalis Borbonii* gubernatoris comparato. Hoc facturum *Guisianum (quod maximi erat momenti) difficile non erat prospicere, nec fatale hic quiddam accidisse, cujus adhuc exitum expecto.* Nos accepto captivi Regis nuncio (neque enim hoc aliud est quam miserrima captivitas) *quam etiam rex cum lacrymis testatus est,* Urbem versus regressi ut *Sequanam* trajiceremus, ad oppidum quod *Clodoaldi pontem* vocant, maximam in Urbe trepidationem excitavimus, quoniam ad duo equitum millia in armis habebamus, nec trepidantem urbem occupare difficile videbatur. Sed aliud Ducum consilium erat. Nam a *Clodoaldi Ponte* repente, maximis itineribus, *Aureliam* pervenimus, ita quidem opportune, ut nondum ingresso hostium praesidio, quod eo mittebatur, sine caede et ullo tumultu fuerimus a fratribus, non sine magna gratulatione, et clarissimo Psalmorum jubilo intromissi: Ubi nunc quoque haeremus et equitum peditumque copias omni ex parte cogimus. Hostibus interea nihil potius fuit, quam *Parisiensem Ecclesiam,* conculcatis regiis edictis, dissipare. [3]) Ubi nullus dies praeterit, quin plebs furiosa inauditae saevitiae exempla, praeeunte inprimis impurissimo *Conestabili,* exerceat. Reliqui vero conjurati, ut omnibus persuadeant captivum *Regem* non esse, passim illum cum *Matre* et fratre circumvehunt et ostentant. Et ita sunt miseri Principes, [4]) ut secum hoc etiam malum dissimulare cogantur, atque adeo saevissimae nostrorum proscriptioni subscribere. Haec igitur nostra nunc est omnium conditio, quis sit futurus exitus, ille novit cujus caussam una cum publica libertate et Regni salute defendimus. Caeterum quum ex quibusdam cognovissemus, istuc esse missos, qui vanissima mendacia spargerent, et militem adversum nos cogant, noluimus justae caussae et officio nostro deesse. Itaque vos obtestamur in nomine Domini, ut nobis, de quibus merito dubitare non potestis, fidem potius habeatis, quam istorum calumniis. Neque est cur vos commoveat *Regis* et *Reginae* nomen aut Sigillum. Quid non enim illi a captivo puero, et matre foemina extorquebunt? Sed vivit Dominus nostrae innocentiae vindex. Quid autem petamus ex eo intelligetis, qui ad vos hanc ipsam ob causam proficiscitur. Si qua sunt viscera misericordiae, fratres, adjuvate infinitam fratrum multitudinem, quibuscunque modis potestis, et impedite, ne perditis nobis, via ad vos usque crudelissimis latronibus patefiat. Bene Valete, fratres plurimum observandi,

3) V. Hist. Ecclés. II. 13.
4) Der König und ſein jüngerer Bruder der bei ihm war.

et pro nobis assidue clementissimum Patrem interpellate. Aureliae XII. Aprilis 1562.

Vester Theodorus Beza.

Omiseram indignum facinus. *Condensis* principis uxor praegnans, dum profecto marito ad suos revertitur, ecce rusticorum manus Principis filium circiter novem annos natum in equo insedentem lapidibus adgreditur, et duos ex ejus comitatu vulnerat. Mater filii periculo ita fuit perculsa ut eo ipso die immaturo partu gemellos sit enixa.[5]) Vivit tamen uterque et puerpera satis bene habet. Sed hinc conjicite quousque progressa sit hostium rabies et quantopere necesse sit eam retundi, cum expressis edictis regiis nitamur.

Epistre au Roy, pour l'eglise de Lion.

Voici le lion de la lignée
de Juda qui à vaincu, etc.
Apoc. V.

A Lyon. M. D. LXII.

Sire, d'aultant que nous sommes en vn regne auiourdhuy, le plus heureux qui fust onques: il n'y a celluy de voz subjects, qui ne s'estime obligé de faire quelque chose pour l'auancement d'icelluy. Les entreprinses sont grandes, d'aultant que l'affaire est grand. Vn chascun s'efforce de restablir le regne de Christ et le vostre, n'estes vous pas ioyeux de telle chose? depuis peu de iours en ça, vostre ville de Roüan est a Jesus Christ, vostre ville d'Orleans a Jesus Christ, vostre ville de Lion a Jesus Christ, trois citez puissantes, et les plus superbes de France. N'estes vous pas ioyeux de telle chose? on n'a point ruïné voz forts ou bastions: on n'a point tué voz subjects, ny saccagé leur biens: on n'a point remis vn Roy nouueau, aultre que celluy que vous confessez auec nous, qui est Jesus Christ le filz aimé de Dieu: n'estes vous pas ioyeux de telle chose? ô belles entreprinses et dignes d'vn tel regne! la verité a gagné voz forts, et est entrée dedans enseigne despliée, les armes au poing, et a donné ces alarmes à voz

---

5) Es geſchah am 30. März, am zweiten Tage ihrer Abreiſe von Meaux. S. über den ganzen Hergang dieſer Mißhandlung Hist. Eccléa. II. p. 11.

villes. La verité a besogné d'vne telle force, que ses aduersaires en sont comme effrayés, et frayeur les à saisys! ô chose admirable. Voicy le iour est venu, et les ombres sont abaissées. Je m'en iray à la montaigne de myrrhe, et à la montaignete d'encens. C'est à dire, la verité est cogneüe, et l'ignorance est ostée de vostre regne: tellement que vostre France est meintenant iettant bonnes odeurs, par l'oraison des saints fidelles, qui ne cessent de trauailler pour l'oeuure du Seigneur Jesus Christ laquelle comme nous esperons se parfera en peu de iours, auec le contentement de tous vos subjects. Car quoy que les ignorans murmurent, et les malins grondent entr'eux, si est ce, que verité est puissante pour les conueincre, et la main de Dieu sera sur eux, pour les arracher et confondre du tout icy bas. Resiouy toy Roy Chrestien, et monstre desormais un visage alegre, par dessus tous les Roys et Princes de la terre, et pren les armes de verité pour piquer à trauers de tous tes ennemys.

O le plus fort que rencontrer on puisse,
Accoustre, et ceins sur ta robuste cuisse,
Ton glaiue aigu qui est la resplendeur,
Et l'ornement de royalle grandeur.

Entre en ton char triomphe à la bonne heure,
En grand honneur puys qu'auec toy demeure
Verité, Foy, Iustice, et coeur humain:
Voir te fera de grands choses ta main.
Tes dards luisans et tes sagettes belles,
Poignantes sont les coeurs à toy rebelles:
Seront au vif d'icelles transpercés,
Et dessoubs toy les peuples renuersés.

Sire, pource que par le discours de vostre eage, nous remarquons en vous choses grandes et admirables, nous sommes encore comme beans à vostre maiesté. Iusques qu'il plerra à ce bon Dieu vous mettre en eage de cognoissance, que vous recognoistrez vos vrais subjects, et ceulx qui ont besogné pour remettre entre voz mains le regne paisible et en repos, comme nous esperons de le voir. O quel bon-heur vous est porté du ciel, de voir en vostre tems tant de gens de bien en vostre regne, qui ne cherchent que de vous esleuer au trône de sainteté, et iustice, auec les esleuz de Dieu. Vous estes comme vn petit bourgeon issu de la semence des fidelles. Vous estes comme un petit berger venant aux pasturages de l'eglise de Christ. Et d'aultant que vostre eage est encore net et deschargé de toute affection, il nous fault estimer que Dieu vous à ordonné ça bas nostre Roy et Seigneur, pour

descouurir dés vostre enfance les fondemens de l'eglise de Christ : tellement que par le discours de voz ans, vous pourrez voir le commencement et la consommation de chose si haulte et diuine. Et quoy ? veult on empescher que cela ne se fasse ? veult on destruire le regne de Iesus Christ ? veult on captiuer voz saintes affections ? veult on destourner le coeur d'vn Roy ?

Non, non, le Dieu qui est la hault,
En regne qui iamais ne fault,
Son throne à dressé tout propice,
Pour faire raison et iustice.

Dieu ne iugera il point toute la terre ? et viendra peser toutes les causses d'un chascun, pour deliurer les bons de la gorge des loups rauissans ? ne voyon-nous pas à l'oeil comm' vn esclair venant du ciel, le Iugement de Dieu estre tumbé ça bas en terre ? Et qui est l'homme qui puisse empescher le Iugement de Dieu ? qui est fait à la confusion des mauuais, et pour la conseruation des bons. Les malins s'estoient bandés, et auoient conspiré de tuer tous les fidelles de Christ : et toutesfois le mal qu'ils auoient pansé est retourné sur eux, par vne iuste sentence de Dieu. Le sang mesme des Princes et des Roys de France, est esmeu pour la querelle des Iustes : mais le sang des cruels et inhumains, et estrangers de la Coronne, est refroidi enuers les enfans de Dieu. En quoy on peult remarquer la vraye noblesse des vns et l'infamie des autres, non que par cela, ie volusse diffamer personne, de ceux qui par ignorance sont demeurez arriere de l'eglise : mais ie parle de ceulx qui veulent empescher le cours de l'Euangile, et destruire le regne de Christ.

Le Seigneur est pour nous, parquoy il ne fault creindre chose que l'homme puisse faire ?

Le Seigneur est pour nous, entre ceulx qui nous aident : parquoy ie verray en mes ennemys ce que ie desire.

Il vault mieux auoir confiance au Seigneur, que d'auoir confiance aux Princes.

Toutes gens m'ont enuironé comm' abeilles, mais ils ont esté estains come feu d'espines : car i'esperoy au nom du Seigneur que ie les desconfirai.

Tu m'auois rudement poussé, pour me faire tresbucher : mais le Seigneur m'a secouru.

Le Seigneur est ma force et mon Cantique, et m'a esté en deliurance.

Voix de resiouissance et deliurance s'entend es tabernacles des iustes, disant la dextre du Seigneur à fait vertu.

N'est-ce pas le Roy qui parle icy ? pour quoy donques ont conspiré les gens, et ont dressé des entreprinses pour renuerser le regne de Dieu et de son Roy ? pourquoy ont esté les fidelles de la Coronne destournez, pour tuer, meurdrir, voler, saccager, piller, et exposer à mort tant de gens de bien, et qui sont par l'eternelle prouidance de Dieu mis soubs la protection de ce ieune Roy, ordonné pour la deffence des fidelles et conservation de son eglise. Si vous considerés bien, Roy Chrestien, l'yssue de toutes noz entreprinses, vous cognoistrez que c'est le Seigneur Dieu qui à besogné en toutes voz villes, et qui a conduit les esquadrons, et armé la main de ses fidelles seruiteurs, non point pour planter vn regne nouueau : mais pour restablir le regne ancien de verité, et remettre le siecle d'or en terre. Mais la malice de noz aduersaires est telle, qu'ils ne peuuent voir ny ouir telles choses, estimant qu'il y a de l'ambition, ou de la tyrannie. O bon Dieu, comment sont ils si aueuglés, de ne comprendre qu'vne si haulte entreprinse ne peult venir des hommes, ou par force d'hommes ? mais que plustost elle vient de Dieu, qui meine et conduict tellement les choses par son eternelle prouidence, qu'il ne cesse d'exercer son Iugement en terre contre les iniques et les conspirateurs du regne de Christ. Parquoy ceulx qui s'efforcent de resister à l'oeuure de Dieu, sont menés d'vn mauvais esprit, gens barbares, inhumains, ambitieux, conuoiteux de regner, peruers, infidelles, yssus de la semence des turcs et payens, portans faulsement le nom de Chrestiens : lesquels ne peuuent longuement regner. Comme l'on en à veu les exemples au pays de Prouence, entre quelques seditieux qui auoient assemblé leurs forces contre les fidelles, tenans les portes fermées, et garnison dedans les villes. Toutesfois le tout est retourné a leur confusion, et Dieu a esté glorifié plus que iamais : d'aultant qu'il à armé le bras de tous ses fidelles, pour remettre sus le regne de Iesus Christ. Ce consideré Roy Chrestien, tu dois estre bien ioyeux de toutes ces nouuelles, et mesmement de ton eglise de Lion (triumphante sur toutes les autres) d'aultant que par vne conduitte admirable elle à surmonté tous assauts et toutes les forces de ses aduersaires, pour se rendre traitable en la main de ceulx qui te recognoissent apres Jesus Christ leur Roy et Seigneur pour tout iamais. De

Vostre eglise de Lion

Ce troisiesme de may. 1562.

24. May 1562. **Pet. Martyr Joanni Sturmio.** Mss. Seminarii Protestant. Argentorati.

S. D. De re gravi et hominum certaminibus jam propemodum obcoecata paucis et dilucide scribere, tu ipse, vir clarissime, qui es dicendi magister optimus et scribendi peritissimus, apprime nosti quam sit arduum et factu perdifficile. Ideo mirari non desino quae causa fuerit, cur id a me, qui et dicendo et scribendo fere nihil possum, tuis proximis literis petere non sis veritus. Quia tamen rogasti et ego pro mea in te observantia promisi me facturum per primum eumque fidum tabellarium D. *Massarium* fidem meam decrevi liberare. Quod etiam eo alacrior faciam, quod me sentio ad eum non scribere qui sit controversiae ignarus, nam ut video, in Eucharistiae causa jam totus habitas, tantum abest ut in ea hospes dici possis. Cum itaque de te sic existimem ita summa capita perstringam, ut ea potius notasse quam explicare voluisse demonstrem, tu boni consules, ac si voluntatem tuam minus explevero non animum meum in te expansissimum, verum te ipsum, qui rogaveris accusabis.

Panis et vini μετουσιαν missam facio, quod adversarii non minus quam nos ab ea se profiteantur abhorrere, nec etiam laborandum puto oratione domini qua panem esse corpus suum et vinum sanguinem suum dixit, propriis an figuratis, ac τροπικως (vel τροπικοις) accenseri debeat, si quidem illi contra quos disputamus ad sanitatem utcunque reversi, tropum in ea ratione jam se agnoscere confitentur, sed ita confitentur ut corpus et sanguinem domini vere, proprie ac re ipsa pani et vino copulent atque τη μετουσια ὁμοουσιαν duarum naturarum supponant, statuantque carnem et sanguinem Christi non tantum in caelis esse verum etiam in pane ac vino sacrae coenae adesse praesentia. Nec verentur domini corpus, quamvis humanum est, affirmare, simul eodemque tempore multis locis esse, imo progrediendum eo ut illud, aeque ac naturam divinam, pronuncient esse ubique. Deinde praesentiam illi corpori tribuunt quae locum minime occupet; Ego vero Christi naturam humanam semper certo quodam loco fuisse comprehensam dico, quem ita occupavit ut eodem tempore alibi non fuerit. Evangelica historia illum tradit aliquando fuisse in Galilaea, nonnunquam Hierosolymis, interdum in domo Symonis et alias in Bethania, unde constet ab ea certum aliquem locum datum esse corpori Christi, simul autem non fuisse alibi, aperte demonstrat, cum Christum dixisse perhibeat, Lazarum fuisse

mortuum et se gaudere quod ibi non fuerit, quibus utique verbis ita se ostendit in illo fuisse itinere, ut alibi non fuerit. Angelus quoque dixit mulieribus cum domini corpus in sepulchro quaererent: surrexit, non est hic, quo declaravit ita e sepulchro discessisse ut ibi corpore non amplius adesset; et Petrus Actor. 3. de illo enuntiavit: Quem oportet quidem coelum accipere usque in tempora instaurationis omnium. Si futurus in caelis est quoad naturam humanam, ut apostolus dixit, usque ad extremum diem, quid ejus carnem et sanguinem in terris quaerimus? At de Apostolo quid loquor? Ipse Christus discipulis ajebat se relinquere mundum et ab illis discedere, atque monuit fore ut perpetuo secum pauperes non autem illum esse habituros. Proinde sic imbutus et instructus divinis oraculis humanam Christi naturam in coelis, ab inferiori mundo sepositam, usque ad mundi finem agere credo, eamque hinc ad orbem judicandum inde rursus esse venturam, ut ab angelis moniti sunt apostoli, et nos articulo nostrae fidei profitemur. Hoc est, ut summatim dicam, quod sentio de loco et praesentia corporis et sanguinis domini. Qui autem e diverso coelum ubiquarium sibi formant et fingunt, quasi ejus materia sit mollis instar aeris ac figmenta eorum sequatur facillime quocunque illam ducere visum fuerit, quique domini corpus vel in pluribus locis simul, vel, quod multo audacius est, ubique adesse praedicant, quin etiam illud pani et vino sacrae coenae copulant ubi gentium habeatur, qui denique ibi absque loco et invisibiliter praesens adesse decernunt, eos omnes precor, obsecro, et obtestor haec sua praeclara et mirabilia commenta, ne portenta dixerim, in divinis literis tandem aliquando conscripta demonstrent, quod si fecerint ingenue vicisse confitebimur, sed quia, ut certo scio praestare non poterunt, illos porro sedulo moneo ut ex capite suo nova dogmata novosque articulos fidei cudere desinant, et nobis ea obtrudere credenda, quae domi eorum nata sint, non autem in agro scripturarum divinarum creverint. Non me latet eos in hac tota ratione nobis exprobrare quod non theologos verum naturales philosophos agamus, etsi fatentur quae dicimus ex decretis naturae cum vera, tum necessaria, verum ea mysteria quae divina et caelestia cum sint, naturam multis modis vincunt ejus regulis et decretis non oportere subjici. Sed cum in iis amplectandis et considerandis ratio nostra offendit divinam potestatem, quae immensa est, nos tum debere intueri. Ceterum haec diluere non est difficile. Primum quo sanctarum scripturarum testimonia sequimur, ut illa recensuimus, eo nos minime philosophiam, sed

verbum Dei sequi testamur. Deinde si naturam audimus, ubi sermonibus Dei non repugnat, nihil facimus christiana theologia indignum. Habet siquidem natura Deum autorem ac vindicem et idcirco ejus regulae ac decreta non ex ea, verum ex ipso Deo proficiscuntur ideoque convellenda et refigenda non sunt quoad non ostendatur verbum divinis literis proditum eis repugnare. Hanc naturae vocem maximus optimusque theologus Augustinus in epistola ad Sardanum audivit, cum inquit, spatia locorum tolle a corporibus et nusquam erunt, et quia nusquam erunt nec erunt; idque non pronunciavit de natura, ut corporibus physicis agens, verum scribens ex professo de anima et corpore domini.

Eandem naturae vocem et Cyrillus audivit qui scripsit in suis dialogis de Trinitate: ipsam Dei naturam si partibilis esset, ut quidam sentiebant, omnino (fore quantum?) nec non in loco neque posse circumscriptionem evitare. In nostra itaque sententia tuenda verbum inprimis Dei amplectimur, audimus naturae vocem, dum suo auctori non adversat, et una cum patribus recte sentientibus facimus. Ut autem ad potentiam Dei confugiamus, in hac praeposita controversia opus non habemus.

Commonefacimus attamen pios divinam omnipotentiam, quam una cum omnibus fidelibus credimus, non esse citra omnem exceptionem admittendam, nam et Paulus excipit: Deum non posse negare seipsum, excipit item passim a Deo fieri non posse, ut quae facta sunt infecta reddantur; in Scholis etiam theologicis definitum est: ea Deum non posse facere, quae, ut loquuntur, contradictionem implicant, quod cum vitio rerum fiat non Dei ulla infirmitate, de summa illius potentia nihil minuitur. Attendendum praeterea non paucos haereticos isto suffugio esse usos, cum illorum prava et insana dogmata refellerentur a sanctis patribus, non solum ut absurda, verum etiam ut impossibilia respondebant, ut se tuerentur: omnia Deo esse possibilia. Neque manus illis dare propterea cogimur, quod Christus de pane dixerit: hoc est corpus meum et de vino: hic est sanguis meus, quia cum et nostra et illorum ejus orationis interpretatio extet, locus ambiguus redditur quamvis nobis expositio nostra est certissima. Argumentum vero quod ab ambiguo deducatur, omnes norunt quam sit retusum atque imbecille. Quid igitur, dices. An coenam domini absque illius corpore ac sanguine haberi docebis? Quomodo praeterea haec aut manducari aut bibi, si praesentia re ipsa non adsunt, probabis? Porro scriptura utcunque testatur, nos in sacra coena carne ac sanguine Christi vesci ac potari.

Ut de eo antea dicam, de quo interrogor posterius: corpus et sanguinem domini spiritualiter edi ac bibi affirmo, i. e. animo, qui spiritu et fide sit imbutus. Dum enim in sacra coena mente agitamus domini mortem, ac sincera fide ista redimendi nostrum causa in crucem fuisse impensa fideliter credimus, ea magno nostro bono edimus et bibimus, nam sunt animis nostris instar optimi cibi et saluberrimi potus, eamque fidem excitat deus in suis per spiritum sanctum, duobus adhibitis externis instrumentis, verbo inquam et panis ac vini elementis. Qui ergo credunt et fide amplectuntur, domini carnem et sanguinem fuisse nostrae salutis causa in mortem tradita, ea spiritualiter comedunt et spiritualiter bibunt. Proinde fatemur ad eorum esum et potationem physicam et propriam exigi esculentae ac poculentae rei praesentiam, alioquin res absentes nec edi, neque bibi posse. Vicissim autem negamus, e spirituali esu et potu elici seu concludi ea quae αλληγορικως dicuntur edi et bibi corporaliter ac proprie adesse praesentia, fide autem constare carnis Christi manducationem, ipse apud Joannem VI. Cap. luculentissime testatus est. Quare is Evangelista cum rem totam ibi a se judicaret affatim explicatam, in historia postremae coenae, quo modo externa signa panis et vini adjecta fuerint minime commemoravit. Ad haec idem ex eo colligitur, quod ad verum et proprium Christi corpus vera propriaque manducatio accommodari non potest, cum jam dilacerari, comminui et moli nequeat. Ore quidem corporis et panis et vinum proprie comeduntur ac bibuntur, quae suo modo caro et sanguis Christi dicuntur, quod sint earum rerum externa signa; ideo utcumque ore dici possumus edere ac bibere corpus et sanguinem domini. Unde Cyprianus et Augustinus cum de harum rerum, quae significantur, esu agerent nimirum spirituali, prudenter dixerunt: Quid paras dentem et ventrem? Crede et manducasti. Non itaque opus est corpus et sanguinem domini e coelis in terras demitti, vel adhuc in mundo versari, ut nostrae coenae se admisceat, sed nostras mentes verbo dei et signis externis commonefactas oportet ad coelum per fidem subvehi, quo sacro isto cibo vescantur atque alantur. Hinc etiam consequitur illos, qui fide prorsus destituuntur, corpus et sanguinem Christi minime percipere, quod ea, ut dixi, fide tantum et spiritu comedantur et bibantur, symbola quidem externa ii comedunt et bibunt, res autem significatas minime attingunt, sicuti qui obcoecati sunt lucem et colorem quae oculis capiuntur minime possunt recipere. Cum postea rogor an Ecclesia coenam sine corpore ac sanguine Christi haberi existimem: (?) Respondeo si de ea praesentia loquamur

quam corporalem, realem atque substantialem vocant, corpus et sanguinem Christi abesse confiteor, neque si adessent plus utilitatis, commodi et emolumenti nobis afferrent, quam inde hauriamus, dum in coelis manent procul a nobis disjuncta. Eadem tamen dico adesse fidelibus in coena, praesentia fidei, cujus vis et facultas est, ut ea efficiat reddatque praesentia spiritualiter, quae locorum spatio longe admodum sunt disjuncta. Deinde Caro et Sanguis Christi nobis praesentia sunt spiritu, gratia, meritis et aliis admirabilibus fructibus, quae divinitus per ea in nos derivantur, quemadmodum sol dicitur nobis adesse praesens per lucem, radios et bonos influxus quos inde percipimus. Neque corpus et sanguis Domini sic animis nostris praesentia sunt spiritualiter et per fidem ut vires et facultates suas saluberrimas ibi tantum contineant sinantque corpora fidelium prorsus expertia. Non ita res habet, sed quia credendo corpus et sanguinem Domini pretia esse nostrae salutis justificamur et regeneramur, vel in ipsa cum justificatione tum regeneratione augemur et confirmamur, Justificatio autem et regeneratio principia sunt nostrae felicis immortalitatis. Inde fit ut coena Domini fideliter percipienda non modo animi pascantur et recreentur sed item corpora etiam atque etiam beatae resurrectionis capacia reddantur. Hic est meae fidei sensus de sacra domini coena, quem tibi, vir praestantissime, fortassis minus enucleate, propter orationis jejunitatem, quam fideliter exposui. Sed te confido, missis verbis impolitis atque incultis, rebus ipsis et sententiis amico animo haesurum. Vale ac me, tui amantissimum, ut facio, ama, et pro (fructu?) meae vocationis ora. D. Bullingerus, caeterique amici plurimam tibi salutem adscribi voluerunt. 24. mai 1562. Tiguri.

Tuus quantus est Pet^{s}. Martyr.

---

20. Aug. 1562. **Beza ad Calvinum.**

Quam parum profecerit *Budaei* nostri legatio, puto te jam cognovisse. Visum est tamen rursus idem in hac urbe et alibi per intercessionem Principum tentare, atque ob eam causam heri *Budaeus* noster et *Scrinigherus* [1]) sunt *Heidelber-*

1) Er war ein geborner Schotte, Rechtsgelehrter und Philoſoph, in Genf damals angeſtellt und wahrſcheinlich dem Budaeus von den Genfern als Begleiter zugeſellt, weil er in Deutſchland durch frühere Reiſen bekannt war. Sein eigentlicher Name war Scrimger.

gam profecti, neque dubito quin literas obtineant, quas spero non iuutiles fore, praesertim in confirmandis nostrorum animis adversus *Mendozae* mendacia. Ego interea ipsorum reditum hic expectabo ac proinde, ut video, non tam cito apud vos ero quam volebam.

Nostris non successit consilium de *Vereduno* intercipiendo. Trecenti equites Rhingraviani praeter spem intervenerunt, occupato *Ligniaco*. Inde quo sint abituri adhuc nescitur. Hodie quidam *Mediolano* revertens affirmavit se ibi vidisse sex peditum millia et equites levis armaturae trecentos, qui dicebantur in *Galliam* contendere. Vobis haec melius nota sunt quam nobis, sed nolui tamen dissimulare quamvis non sint admodum veresimilia.

Andelotum spero longe firmiores copias brevi adducturum. Sed quum nostros cunctatores considero, totam spem in Deo uno collocandam censeo, quem omnino existimo insigne aliquod opus per se moliri. *Socrus Principis* [2]) nondum advenit et certe valde metuo ne quid illi incommodi acciderit in via, quamquam non placet male ominari. Uxor mea Dei gratia huc pervenit incolumis, quicum spero fore ut brevi te et amicos omnes videam. Interim vale mi Pater. Dominus Jesus te incolumem servet cum tota Ecclesia.

Argentinae XX Augusti 1562.

Tuus Beza.

---

1. Septemb. 1562. **Beza ad Bullingerum.**

S. Tandem adsum redivivus, mediis elapsus Archivis, neque tamen de reditu cogitassem, nisi ex *Condensis* consilio, qui meam operam in *Germania* et *Helvetia* sibi utilem fore existimavit. Eum igitur *Aureliae* reliqui cum D. *Admiraldo* et militum circiter 7000 forti animo paratum ad tolerandam obsidionem tantisper dum subsidium mittatur. Reliquas copias partim *Rhotomagum*, partim *Biturigas* misit ad eas tutandas civitates quae maximi sunt momenti. Hostes adhuc *Blessis* [1]) erant, sed copiarum partem ad occupandas parum munitas regiones circummiserunt. *Pictones* sustinuerunt hostium im-

---

2) Die Frau von Roye, welche mit den Kindern Condé's wirklich ſpäterhin nach Strasburg kam und ſich während des Kriegs daſelbſt aufhielt.

1) Blois.

petum, sed tandem expugnati sunt cum strage plane miserabili, quoniam eo sese receperant *Turonensis* et *Salmuriensis*, *Chinonensis*, *Laudunensis* et aliquot praeterea Ecclesiarum greges dissipati. Hostes vero, ipsis etiam Turcis crudeliores, neque aetatis neque sexus ullam habent rationem. *Engolismenses* quoque audio deditionem fecisse, quae procul dubio alias aliquot urbes secum trahet, ut *Reginae Navarrae* plane timeam, de qua jam pridem nihil audio. Ad haec mala accedit *Matisconensium* repentina et fraudulenta oppressio, in ipsis nostrorum Helvetiorum oculis ut qui quinque tantum milliaribus abessent.

Alibi i. e. in *Delphinatu*, *Provincia* et *Alvernia* res nostrae sunt secundiores, sed non dubito quin omnes illarum partium copiae statim ad tutandum *Lugdunum* concurrant, quum praesertim hostes novum ab Italis subsidium acceperint, tria videlicet Peditum millia et equites quingentos qui *Geneva* jam non procul abesse dicuntur et itinera interclusisse. *Bernensium* copiae a nostris remissae sunt, quod progredi nollent sive aliam ob causam. In summa magno nobis sumptu (fuisse) res ipsa ostendit. Sed cujus culpa id sit factum adhuc ignoro. Sed hoc inprimis dolendum est in istis tantis et tam certis periculis tam paucos commoveri ad commune incendium extinguendum, et nullam pecuniam, ne datis quidem optimis pignoribus, inveniri. Cum hostes interea ad mutua auxilia conferenda tam diligentes atque promptos videamus, nam alioqui nisi peregrino milite, Helvetico, germanico et Italico adjuti fuissent *Guisiani*, jam pridem vel perissent vel in exitio essent. Interea ne commemorem carnificinas, lanienas, vastitatem, famem, pestem, gladium et quid non. His enim simul omnibus plagis miserum Galliae Regnum a Domino non tam videtur castigari quam ad internecionem deleri. Sed tamen vivit Dominus et procul dubio suos respicit; et omnino confido, si vel una nobis supersit *Aurelia*, certum hostibus exitium imminere. Jam enim certum est Anglorum subsidium quadraginta navibus in *Normanniam* appulisse et ad diem XV hujus mensis *Andelotus Admiraldi* frater cum selectis germanorum equitum tribus et Peditum quinque millibus *Campaniae* fines ingreditur.

Atque utinam vos quoque tandem expergefiatis et germanorum Principum exemplum imitemini. Nam si ita esset mox mirabilem rerum conversionem atque adeo Papatum prorsus eversum profecto conspiceremus. Verum ne si aliter quidem accidat, desperabimus, quoniam spes nostra in coelis residet quo pertingere non possunt hostium manus. *Argentinae*

reliqui Principis Condensis Socrum, cum quinque illius liberis, i. e. sexenni filia, quadrienni filio, altera trienni filia et duobus semestribus gemellis. Neque enim haec [1]) .... domi satis tuta esse adversus populorum rabiem per omnes agros effusam ut Aurelianensis obsidionis incommoda sustinere potuisset. Uxorem tamen *Princeps* cum filio natu maximo secum retinuit. *Amiraldus* quoque et alii plurimi primae nobilitatis suas familias ibi secum habent, quod triste spectaculum utinam tandem omnes christianam charitatem profitentes commoveat.

Caeterum quod ad me privatim attinet, *Uxor*, dei beneficio, incolumis *Argentinam* pervenit, ubi coactus sum defessam ad tempus relinquere. Ego ad meum portum revertor, ubi an satis tuti futuri simus, immo etiam an diutius sim haesurus nescio. Quid enim suaserit Ecclesia, hoc demum consilium sequar. Habes, mi pater, longam et tristem Epistolam, sed is certe me consolabitur qui lugentes beatos fore pronunciat. Rogandus est igitur Pater coelestis, si unquam alias. Quod a vobis S. *Reginae Navarrenae*, fortissimae ac vere Heroinae indolis foeminae, et ipsius *Condensis* et *Admiraldi* et caeterorum innumerabilium fratrum nomine obnixe peto, simulque Tibi, mi Pater, ac D. *Martyri*, D. *Gualthero*, caeterisque in Domino plurimum observandis fratribus fausta ac felicia omnia precor. Basileae Calend. Septemb. 1562.

Tuus Beza.

Bullingerus ad *Blaurerum*, cum quo hanc epistolam communicavit, monet: «Epistolam hanc vide ne quibuslibet communices, magis vero ne *Bezae* esse quisquam intelligat, propter Bernates.» [2])

---

1. Septemb. 1562. **Beza ad Calvinum.** Mss. Genevens.

S. Quae me caussa hic retinuerit, vel *ex Veracio* [1]) nostro cognosces qui heri *Neocomum* est profectus et inde recta ad

---

1) Hier iſt ein kleiner Riß im Papier.

2) Dieſe Warnung geht auf die Stelle in dem Brief wo er die allerdings nur allzupolitiſch bedächtige Lauigkeit der Berner hauptſächlich tadelt die keinen Zuzug den Hugenotten geſtatten wollte, obgleich die Papiſten Schaarenweiſe nach Frankreich ſtrömten.

1) Johannes Budaeus, der ſich Herr von Berace nannte.

vos veniet: vel ipse tibi coram explicabo. Cras enim proficiscar. Uxorem nec animo nec corpore satis valentem *Argentinae* relinquere malui, quam meum ad vos reditum diutius differre. *Principis* socrus salva tandem eo pervenit ubi a Magistratu est perhonorifice excepta. Ejus literas ipse ad te perferam. *Andelotus* jam incipit progredi et pro certo ad 15 diem hujus mensis erit in Campagniae finibus: utinam ne nimium sero. Adducit tria selectorum equitum millia et alias voluntarias copias subsecuturas arbitror. *De Anglorum* copiis nihil accepi, nisi quadraginta navibus trajecisse. Sed eorum legatus *Spirae* expectabatur die 26 superioris mensis, inde ad Germanos Principes una cum *Montio* iturus. Si posset universale aliquod foedus coire! neque dubito quin hoc moliatur, sed incredibilis est hominum stupor. Caetera coram. Interim Vale cum omnibus collegis, mi pater, et obdura. Nam quicunque sit futurus istarum tempestatum exitus, appropinquat redemtio nostra, quod unum me consolatur. Iterum Vale. Basileae Calend. Septembris.

Tuus Beza.

---

24. Septemb. 1562. **Beza ad Bullingerum.**

S. Accepi literas tuas longe gratissimas, mi Pater, ad quas ita respondeo. Omnino mirabilis est ista conversio, et vere digitus Domini iste. Si quibusdam creditum esset, fortassis aliter se res haberent. Sed Dominus peccatis nostris iratus infatuavit prudentum consilia et fortium animos fregit, ut ego centies vidi et animadverti. Interea non desino bene sperare, quoniam scio nos non caedi ad mortem. Vere jam sumus ad reliquias redacti. Superest semen, quod utinam in summis et vere extremis periculis Dominus servet, ne simul omnia absorbeantur. Ex iis qui nobiscum erant apud *Sangermanum* [1]) neminem puto interfectum, nisi fortassis unum *Joannem Tornacensem*, [2]) qui abhinc sex hebdomadas fuit ab hostibus captus et in carcerem conjectus. Sed quid ei postea acciderit ignoro. Alii multi sunt misere

---

1) Bei dem Religionsgeſpräch.

2) S. Hist. Eccles. II. 589, wo das tragiſche Ende des greiſen Dieners Chriſti erzählt wird. Er ſtarb den Martyrertod Mitte Juli 1562.

trucidati cum magna Ecclesiarum vastitate. Pauci *Genevam* redierunt. Alii latitant, alii sunt variis locis obsessi. *Aureliae* multos reliqui cum *Principe* et *Amiraldo*. Paucas praeterea urbes habemus, ubi profligato Papatu Christus adhuc regnat. *Ego millies ex media morte mirabiliter ereptus sperabam me Genevae respiraturum.* Sed ecce iterum in vastissimum gurgitem referor. Cogunt enim me *Andeloti* obtestationes ad ipsum quam celerrime revertere, nisi velim desertor videri. Itaque jam recurro in *Lotharingiam*, ubi illi occurram et ipsius copiis, i. e. equitum tribus millibus et quingentis, peditum vero millibus quatuor. Quid ego ibi interea? Quod suaserit Dominus qui vocat. Haec mea nunc est conditio, mi Pater, i. e. tristissima et miserrima. *Sed, Dei gratia, constitui etiam mori, si ita Domino videbitur.* De Anglis miror nos jam pridem nihil audire. Sed tamen affirmabat mihi *Montius Argentinae* ante mensem, jam septem naves trajecisse, et triginta tres subsequuturas. Quidquid audiero certi statim rescribam, si tabellarius offeratur. *Bituriges* turpiter a duce praesidii proditi sese dediderunt, optimis quidem conditionibus, sed quas biduo post perfidiosissimus hostis infregit.[3]) Nostri tamen milites cum armis maxima ex parte *Aureliam* pervenerunt incolumes. Ab eo tempore ferunt hostem in duas partes exercitum divisisse, quarum una *Rotomagum* versus, altera in *Campaniam* ad impediendos Germanos contendat. Quid sit *Lugdunensibus* futurum ignoro, quos isti[4]) tam intempestive deseruerunt, hoste jam ipsis portis vicino. Urbs est quidem munitissima et situ et opere. Intus quoque est validum peditum praesidium et validum subsidium non procul instruitur. Sed utinam in hac trepidatione constet illis animus et duces impigri non desint. Certe utcunque sit res casura nunquam hanc ignominiam eluent isti,[5]) neque etiam damnum nobis illatum resarcient. Sed illud cujusmodi est? non magis commoveri fratrum, imo suo ipsorum periculo, quam si recte omnia haberent? Atqui interea vicini[6]) jam tertio militem mittunt ad nos opprimendos et nihilominus adhuc stertimus. Haec est illa caritas scilicet, quam Christus urget. Haec est mem-

3) Die Capitulation von Bourges, zu der ſich der hugenottiſche Befehlshaber Yvoy verſtand, wurde den 31. Auguſt 1562 unterzeichnet. S. Hist. Ecclés. II. 499.

4) Die Berner.

5) Bernates.

6) Die katholiſchen Cantone und Savoyen.

brorum συμπάθεια, quam Paulus tantopere commendat. Militem petiimus, alibi negatur, alibi conceditur quidem sed quibus conditionibus vides. Pecuniam petiimus, oblatis etiam fidejussoribus. Negatur praecise. Quid multa? non stabit per bonos fratres, quominus ut rebelles pereamus. Itaque incipiet judicium a Domo Domini. Sed mirum ni spectatores isti tandem et ipsi in theatrum prodire cogantur, et justi sanguinis effusi non minus fiant rei, quam qui suas manus impiis caedibus contaminaverunt. Haec non miror quin istic et alibi displiceant bonis omnibus, nec etiam dubito quin pastores suo officio fungantur. Sed tamen obtestor vos omnes in Domino, ut in hoc velut extremo actu omnes nervos contendatis, ut IV. Civitates[7]) saltem non pigeat conventum primo quoque tempore indicere in quo de re tanti momenti dispiciant. Quis enim dubitat quin eversis Gallicis Ecclesiis, quarum nunc reliquiae vix se sustentant aliqua spe subsidii, hostium furor sit in has quoque regiones, certa spe victoriae, progressurus? An tum vero spatium deliberandi dabitur? Certe vel exiguum vel nullum. et tunc jure conquerentur populi sese magistratuum ignavia et socordia prius periisse quam periculum sensisse. Sed nobis, ajunt, foedus est cum Rege. Quasi vero nos non pugnemus pro Rege, dum ejus edictum tuemur. Aut quasi tutores pro suo arbitrio possint rem pupilli tractare, aut, si id faciant pro tutoribus sint agnoscendi. Denique si nolunt de causa pronunciare, saltem cur eos non movet tanti Regni ruina? Cur conflictantibus bello civili sociis, legatos saltem non mittunt qui se interponant et aliquo modo istos impetus autoritate sua frangant? Nam ut nihil aliud efficiant, hoc tamen consequentur, ut causam totam melius intelligant et certius aliquid postea constituant prout sua interesse cognoverint. Hoc est igitur, mi Pater, hoc est, mi Domine *Bullingere*, mi Domine *Gualthere* et vos reliqui fratres in quo vobis et fortissime et celerrime laborandum puto, si cara vobis est Galliae et vestrorum etiam salus uti esse non dubito.

Ergo interea recta ad *Andelotum* pergo, et inde quocunque volet Dominus, cui me totum committo. Haec ad te scripsi, mi Pater, ut nunquam fortasse scripturus. Itaque opto has literas toti carissimorum fratrum collegio tecum esse communes et mutuae nostrae ad mortem usque concordiae et consensionis hoc veluti testimonium, si quid mihi humanitus contigerit extare. Dominus noster, Jesus Christus, vobis magis

7) Zürich, Bern, Basel und Schaffhausen.

ac magis benedicat, carissimi et observandissimi fratres, et Ecclesias suas afflictas respiciat, ac mihi etiam donet in ipso vivere et mori. *Bernae* XXIV Septemb. 1562.

Vester totus ex animo.
Th. Beza.

---

14. Decemb. 1562. **Beza Calvino.** Mss. Turicens.

S. Ternas ad Te dedi, sed primas scio interceptas, de alteris dubito. Has autem ad te perventuras spero. Valeo prout tempus et locus ferunt. Omnes salvi et incolumes, sine ullo prorsus incommodo *Pulverios* [1]) pervenimus, quod oppidum *Aurelia* distat decem milliaribus. Ibi copias conjunximus. In summa equitum millia sex, peditum novem: sed nullae unquam visae sunt copiae instructiores vel alacriores. Oppidum cum septem peditum signis se dedit post sex horarum oppugnationem, milites inermes dimissi, duo ex Ducibus suspensi propter infinita scelera: [2]) sacrifici quotquot deprehensi sunt, interfecti. Ex nostris tres tantum desiderati, quoniam tormentis duntaxat pugnabant. Sequuta mox est *Stamparum* et omnium vicinorum oppidorum deditio. *Carnutes* statim capi poterant: sed vicit eorum sententia, qui *Corbellii* pontem censuerunt potius occupandum. Itaque eo defleximus ad laevam, sed infelicibus auspiciis. Quum enim urbs repentino impetu facile capi posset, accepto nuntio de *Navarreni* obitu [3]) et missis a Regina internuntiis [4]) coeperunt nostri Duces de pace, et nostri Principis dignitate, nescio quibus rationibus obtinenda, somniare: militibus quidem frementibus, et nobis reclamantibus: sed frustra. Sic elapsi sunt

---

1) Pluviers oder Pyviers, auch Pitriviers genannt. Am 11. Dezemb. ergab ſich der Ort. Hist. Ecclés. II. 190 u. fol.

2) Deux capitains à sçavoir un Italien nomme *Francisque*, marié dans la ville, lequel ayant esté pris auparavant et conduict a Orleans, avoit esté relasche sous promesse expresse de se retirer en sa maison, et de ne plus porter les armes en ceste guerre, et l'autre nommé *Mathurin Garnier*, capitaine et marchand de Paris, des plus meschants et séditieux, et coupable de mille extorsions, furent pendus et estranglès le lendemain («12 Déc.») en la place du marché. Hist. Ecclés. II. p. 117.

3) Er ſtarb am 17. November.

4) Am Tage der Einnahme von Pluviers kam ſchon der Herr von Gonnor, ſpäterhin ſo bekannt unter dem Namen: Marſchall Coſſé.

dies quatuor, et optima omissa occasio, autore praesertim istius mali *Genlio* [5]) perfidiosissimo proditore. Itaque intromisso validissimo hostium praesidio, et crassis tormentis eo convectis, urbem tentare non placuit. Inde igitur *Lutetiam* itum, sed lento itinere, et passim occurrentibus legatis qui objecta spe pacis nos retardarent. Vix tandem ita quatuor diebus, omissa spe pacis, vel illo potius somnio discusso, in *Lutetiae* conspectum venimus, castris in duobus pagis, *Gentiliaco* et *Arculio* [6]) collocatis. Hostes cum *Germano* et *Helvetico* peditatu fossa circumducta et impositis tormentis in suburbiis se continebant. Nostri eo usque prorupere. Et certum est ita fuisse inter hostes trepidatum, ut *Guisius* ipse postea fassus sit, victoriam in nostris manibus fuisse. Noster *Princeps* pergendum censebat et ipse fortiter urgebat: sed quibusdam aliter visum: ita reducti sunt in castra milites. Uno postea die interjecto, instructa acie hostem provocavimus, sed frustra. Prodierunt tantum aliquot pedites equitibus permixti, quos nostri nullo negotio intra vallum repulerunt. Tormentorum ictibus paucos gregarios equites et equos aliquot amisimus. Noctu postea tentata res est. Sed *Genlii* proditione et interveniente rursus pacis mentione, res evanuit. Reliquum tempus induciis et vanis colloquutionibus datum, *maximo quidem meo, sed inutili dolore.* Tandem patefacta fraude, quamvis eorum fossis jam ad extremum perductis et valido *Hispanorum* et *Vasconum* subsidio in urbe intromisso, placuit tamen nostris suburbia tentare. Sed *Genlius* repente ad hostes transfugiens consilium nostrum prorsus abrupit. Postridie igitur motis castris, *Carnutes* pergere coepimus, ut in *Normandia* cum *Anglis* conjuncti consilium novum capiamus. [7]) Hiems interea nobis minatur et hostium vires augentur. Utinam Deus avertat quae metuo. *Nihil nunc est me uno miserius, qui neque hic magno cum fructu esse, neque hinc abesse possum.* Sed Deus mecum est. Fratribus multam Salutem. Ex pago *S. Arnulphi* XIV. Dec. 1562. [8]) Beza.

---

5) Der Herr von Genlis.
6) Gentilly und Arceuil.
7) in copia Bernensi: «ut paratiores simus in hostem.»
8) S. zur Verſtändigung dieſes Briefes Hist. Ecclés. p. 190 u. fol.

Bericht der katholiſchen Hauptleute der Schweizer über die Schlacht bei Dreux. Auf dem Schlachtfelde geſchrieben.

Mss. Turicens.

Geſtreng, Edel, Erenfeſt, Fürſichtig, Erſam, wiß, inſonders gönſtig, gnädig lieb Herrn vnd Vätter. üch ſyge vß ſchuldigen pflichten zevernemmen alls dan wie ſid letztſtem ſchryben, ſo wyr an vch vnſer gnädig Herrn vnd vatter vßgan laſſen vnd zu Paryß, achten wir ſelbig überantwortet werden ſyn, ſind wir dem Fynd nachzogen bis vff 16 mil zu einem Dorf genannt Luwarch [1]) daſelbſt vnß vff Sampſtag den 19 December die Herrn Conneſtable der Hertzog von Gwyſe ſampt dem Herrn Marſchalk von St. Anderes vnß ſammt allen anderen Nationen ermanet in die Schlachtordnung zu ſtan. Da wir vff fryer heid gewartet, da vnß die Britanier ein huffen zu Fuß vff der linggen Siten geſtanden ſampt dem H. Conestable [2]) mit etlichen riſigen vnd ein regiment Spanier, da der Herzog von Gwyſe vff der rechten Hand die Vorhut ghan hat mit eim regiment frantzoſen vnd ettilchen riſigen, da ſich vngefär vmb die 10 Vormittag der Fynd entekt, da hat das gros geſchütz angefangen werchen, [3]) welches gewäret hat vngefarlich ein Stund aber nüt [4]) mögen bringen, dan es vns wenig genützt vnd dem Fynd wenig Schaden gebracht. Vff ſolchs wir mit gantzer Schlachtordnung vff ein virtel einer tütſchen Mil wegs gegen dem Fynd gezogen, da ſy ſich gegen vns auch ein wenig gelaſſen, biß wir zuſamen komen, da vnß erſtlich vff der rechten Hand die Riſigen mit ſchwehren Pferdten ſammt zweyen ſtarken Huffen ſchwartzer Rütern angeridten bis in die Ordnung, welichern einer guter Teil da todt beliben, vnd ongefer am mitten zuvor an der Schlachtordnung 12 Fendlin wolgerüſter Landknecht, vnd am Eggen vff der linggen Hand auch ein ſtarker huffen ſchwartzer Rüttern die all allein vns Eydgnoßen angriffen vnd ſunſt kein andere Nation, welche Rüter wir in die Flucht geſchlagen, vnd die Lanzknecht noch allem ſtriten all zornig in die Flucht geſchlagen, welche im angriff nit vmbkomen ſind zuletſt gefangen worden, deren Fendli iſt keins davon kommen. Derzwüſchen vnß die Rüter zum dritten mal vff ein nüws angeridten welche wir alleweg zurugg geſchlagen. Sölichs ſtriten vnd ernſtlich fechten hat ongefär vff zwo Stund

1) Iſt ohne Zweifel das Dorf Livray, oder Livret.

2) Der Connetable ſtand nach gleichzeitigen, katholiſchen Plänen der Schlacht unmittelbar den Schweizern zur Linken, dann folgte der Haufe der Britannier.

3) d. h. arbeiten, ſpielen.

4) nichts.

gewäret das alleyn wir Eydgenoſſen mit Jhnen gethan hand vnd mittler wyl alle andre Nationen ſtill geſtanden, vßgeſchloßen der ſtritbar Held der Hertzog von Gwyſe welcher an dem Ort gſin wie ſich hernach finden wird. In welchem ſtriten wir alſo ermüdet vnd vns ſo wyt dem Fynd nachgelaſſen das die Ordnung zerbränt gſyn, hand wir vns vff ein Steinwurff wyt widerum zuruggelaſſen damit unſer Ordnung widerum beſchloſſen wurde, darüber die ſchwartzen Rüter vns widerum angeridten. In dem habend 10 Fendli Lanzknecht der vnſern mit vns ingeſetzt ſampt etlichen reiſigen vnd 14 Fendli Spanier auch etlich franzoſiſch Fußknecht vnd ſy wider in die Flucht geſchlagen. Zwüſchen diſem vnſerm Stryten allem ſich der Hertzog von Gwyſe ſampt ſinen Riſigen, auch etlich Frantzoſen, angelaſſen 16 Fendli hugonotiſche zu Fuß, welche er nidergelegt vnd erſchlagen, vff das er zu vns gewellt, iſt Jm ein huffen ſchwartzer Rüttern begegnet ſampt dem Prinz von Conde, welche er in die Flucht geſchlagen vnd den Prinz von Conde gefangen vnd fürwar hat ſich der von Gwyſe ritterlich vnd wol gehalten, vff ſölichs ſind wir dem Fynd ſtäts nachzogen bis vns die nacht ergriffen vnd alſo die Schlacht vnd das Feld mit der gnad des almächtigen Gottes erhalten vnd gewartet ob ſich der Fynd rächen welte, wartend alſo was ſich wyter mit der Zyt zutragen werde vnd iſt vnſer Fynd der ſchwartzen Rüttern 12 Fanen gſyn, vnd vnder jetlichem 300 gar wol gerüſt vnd vngefarlich 2000 hugonotiſche Riſigen ſammt den 12 fendlin Lanzknecht vnd den 16 Fendlin Frantzoſen, wie obgemeldt, vnd acht man daß der Fynd zu Roß und zu Fuß vngefär bis vff die 6000 vff der walſtatt bliben, welches doch vns nit on Schaden zugangen dan wir Eydgnoſſen bis uff die 300 vff der walſtatt gelaſſen vnd etlich verwundet welche Gott widerum neeren [5]) well. Von andern Nationen vff vnſerer Siten mogen wir nit eigentlich wüſſen was ſy verloren habind, aber vnſeres erachtens nit vil, in dem der Herr Conſtable gefangen, der Herr Marſchalk von St. Anderes ſampt dryen Rüttern des Konigsorden vmbkommen. Auch werden Jr vnſer Herrn vnd vätter in byligender Copy der fürnemſten Namen ſo vns vmkommen finden. Die wyl dann etliche feldflüchtiger die etwas boſen geſchreyes vßhin bringen möchten, hat vns ſolichs gedrungen vch der länge nach zu berichten damit Jr ym Grund aller Ding bericht werden welche wyr mit der Zyt vch vnſern gnädigen Herrn vnd vättern anzeigen werden, ſo ſich etwas wyteres zutragen würde werden wyr vch vnſern gnädig Herrn vnd Vättern allweg berichten vnd damit vch in den Schirm des all-

5) heilen, geſund machen.

mächtigen bevelhend. Datum zwüſchen zweyen Dörffern, Blenwille und Mëerwille genandt, wo die Schlacht beſchehen. Den 22 Decembris 1562.

Vwer underthänige vnd gehorſame
Von Lucern: Ludwig Piffer vnd Joſt Bircher
Von Vri: Ambroſius Jouch, Joſt Jouch u Adrian Kun
Von Schwitz: Ditrich in der halden vnd Rodolf Reding
Underwald: Andres im Feld, Stoffel Meyer vnd Peter zum Wyſſenbach
Zug: Antoni Zur Lauben, Barth. Jacob Stoker
Fryburg: Ludwig von Affry, Joſt Zimmermann, Hans Gormiſchwyl u Frantz Cleri
Solothurn: Barth. Kallt, Stefa Schwaller
von Zugewandten: Joſeph Studer, Wilhelm Tugginer vnd Marx Ullman von Rapperſchwyl.

Hans Krieg an ſeinen Vater von der Schlacht bei Dreux.

Mein billich gehorſame Treu, Liebe und Alles was ich dir zu gutem vermag ſey dir zuvor bereit. Freunlicher lieber Vater. Nachdem ich wol mag verſtahn u wiſſen daß dir die Brieff ſo vnſer Herr, mein Schwager u Haubtmann ſeligen, dir zugeſchickt hat, dir vber antwort ſind, in welchen Schreiben du allen unſern Kriegshandel der Länge nach wol verſtanden vnd ſonderlich darin gemeldet daß es ohne eine Schlacht nüd wohl vergahn möge, welches denn auch beſchehen iſt. Als nemlich auf den 19 X^en iſt der Prinz von Condé auf ein Stadt zuzogen, heißt Dreux, die mit zwey Waſſergräben umfangen iſt in Hoffnung dieſelbig zu erobern und ihm damit einen Paß zu machen in die Normandie, daſelbſt er Hülfe von den Engliſchen überkomen hätte. Als ſollichs des Königs Anwält, als der Conetable und Herzog von Guise inne worden, iſt man ſtreng gezogen ihm vorzukommen. Als wir aber auf einer weiten Haid einanderen vor obgemeldter Stadt die wir ſchon im Rucken hatten angetroffen hand haben wir einandern angriffen zu Roß u Fuß. Und erſtlich hat ein Geſchwader ſchwarzer Reuter auf der Linken Seith an unſerer Ordnung 14 Fähnli Britannier angriffen vnd dieſelben mit des Connetable beſten Reuter ſo er gehabt hat in die Flucht geſchlagen. Darnach ein Geſchwader ſchwarzer Reuter auf der rechten Seiten in unſere Ordnung gefallen deren keiner entronnen iſt. Darnach des Prinzen 12 Fähndli wohl gerüſter Landsknecht auf uns hergedrungen. Alſo haben wir einandern härtiglich

angriffen, welcher angriff ſo hart geweſen iſt daß unſer frommer Herr,[1]) der an mir auf der rechten Seiten geſtanden iſt nit über drei Stich gethan hat u darnach mit einem Hand Rohr zu ſeinem rechten Schlaff einhergeſchoſſen worden und geſtorben iſt. Doch hand wir für gedrückt und die Landsknecht in die Flucht geſchlagen. Als aber die Reiſigen des Prinzen geſehen daß vnſere Reiſigen uns verlaſſen hand, hand ſie uns zum driten mal hinten u vor der Ordnung durchbrochen vnd vns mit gewalt wöllen zertrennen vnd in die Flucht bringen aber vnſer Herr Gott u die würdig Muter Maria haben uns behüt daß wir ſie alle geſchlagen u. in die Flucht bracht hand aber mit großem und merklichem Schaden und verluſt der Houbtläuthen und beſten Kriegsläuten ſo wir gehabt hand, doch haben wir das Feld ritterlich behalten u geſtritten von zweyen an bis in die Nacht und demnoch bis auf den dritten Tag auf der wahlſtatt belieben vnd warten wollen wer uns vertreiben wölle. Als nun die Schlacht bis in die Nacht gewähret, magſt wol denken das keiner den anderen hat können finden noch bekennen, denn es war gar finſter als wir abzogen. Morn deß aber bin ich ſamt anderen von allen Orten hinausgegangen die unſeren zu ſuchen. Alſo hand wir vff der wahlſtatt gefunden unſeren Oberſt Gebhard Tamman von Lucern, Houbtman Joſt ab Yberg von Lucern, von Schwitz Houbtman Joſt Meinradt; von Unterwalden Houbtman Wynly; von Zug Houbtman Heinrich; von Solothurn Houbtman und Schultheis Schwaller; von Appenzell Houbtman Brilliſamer auch Houbtman Mertz u. des Oberſten Fröhlichs Lieutenan, vnd vnſeren Profoß Houbtman Bülmann von Lucern vnd unſeren Herrn u Houbtman Fuchsberger, all ſauber, nakendig, und auszogen. Alſo hand wir ſie aufgeladen und in obgemeldt Stat[2]) geführt ſie da begraben in das Münſter wie Rittern geziemt und gebührt. Gott wöll all Irer Seelen gnädig ſein! darnach als einer den anderen nachfragt, hand wir viel und der mertheil unſerer Amtleuthen verloren und übel geſchädiget und ſonderlich mein Stiefſon Hans Georg Herwig, welcher in der Nacht von einem Schuß geſtorben iſt. Die Zal der umbkommen iſt noch nit offenbar, doch ſchätzt man auf 4000 Mann ſo zu beiden ſeiten umkommen ſind. wir achten ouch die dreihundert von Eydsgenoſſen verloren ſeyn. wir haben auch verloren in dieſer Schlacht den Marechal von St. André, den Herrn von Labruce,[3]) des Connetable Sohn den man nennt Montbrun, all' drei des Königs

1) Der Hauptmann.
2) Dreux.
3) La Broſſe.

ordensherrn. Auch iſt der Connetable ſelbſt von den ſchwartzen Reutern gefangen. Här widerum hand wir den Printzen von Conde gefangen, mit ſammt 200 ſchwartzer Reuttern vnd Landsknecht zu Roß u Fuß die all dem Hertzogen von Guise überantwortet ſeynd worden. Auch haben wir von den 12 Fähnlenen Landsknecht 4 gewonnen u unſere Landsknecht 6 Fähnli, wir haben auch 2 Fähnli widerumb errettet und gewonnen ſo die Britanier verlohren hatten, wir haben auch ein Reiſig Panner dazu überkommen. Solichs lieber Vatter thue ich dir der Kurze nach zu wüſſen. Hans Krieg.

---

27. Decemb. 1562. **Beza Calvino.** Mss. Turicens.

S. Mi pater, non repetam quae nuper ad te pluribus scripsi, quoniam certam spem habeo meas literas vel jam tibi redditas vel mox reddendas. [1]) Noster equitatus est integer exceptis equitibus ad summum centum quinquaginta, partim captivis partim interfectis. *Rognacus* et *Sanjermierus* [2]) pro mortuis habentur. De *Chandaeo* [3]) et *Maliano* [4]) adhuc dubitamus, sed tamen peremptos potius arbitramur quam captos. Apud hostes vero infinita sunt vulnera et caedes longe maxima. Captivos insignes habemus ad centum sedecim. Caesi sunt fere ad internecionem *Helvetii*, trucidati fere omnes equestrium turmarum duces, et signiferi. *Marescalus a S. Andrea, Monbronus* filius Conestabilis,[5]) *Giuraeus*,[6]) *Listenes*,[7]) *Desbordaeus*,[8]) *Brossaeus*,[9]) omnes infensissimi veritatis

---

1) Dieß bezieht ſich auf einen Brief über die Schlacht bei Dreux, der aber, leider, nicht mehr vorhanden iſt. Vielleicht iſt er gar nicht angekommen.

2) Saint-Germier.

3) Bruder des oft genannten Predigers Anton von Chandieu.

4) Maligny.

5) Gabriel von Montmorency Baron von Montberon der vierte und geliebteſte Sohn des alten Connetable. Er focht ſchon als vierzehnjähriger Knabe zu St. Quentin und ſtarb als zwanzigjähriger Jüngling auf dem Schlachtfelde.

6) Renatus von Anglure Herr von Givry, auch noch ein junger Herr, Ritter des königlichen Ordens.

7) Dieſer Name iſt verdorben in der züricher Abſchrift.

8) Des Bordes ein reicher adelicher Herr aus dem Nivernois und folglich Landsmann Beza's. Er war ebenfalls noch ſehr jung. Sein Oheim vaterlicher Seits war Marſchall von Frankreich. Sie ſtammten aus dem Hauſe de la Plattière.

9) De la Broſſe. Ein alter ſehr galanter Kriegsmann der hoch in den ſiebenzigen war als er bei Dreux ſein Leben ließ.

hostes. *Nivernensis*, [10]) miser apostata, languet moribundus. *Macropolitanus* [11]) proelio non interfuit, *Pharao* [12]) tamen ipse evasit, ut qui certaminis duntaxat spectator fuerit.

Conestabilis vulneratus in inferiore maxilla, jam noster est civis. Nihil aliud habet in ore quam pacem, quam tamen nondum possum sperare. Anglicus Legatus,[13]) cum *Peroscelio*, dum sese fugientibus adjungunt, devenerunt in vicinum oppidum, quod *Nogendum-Regium* [14]) vocant. Ibi mox detecti sunt et captivi facti. Hostis nunc demum fertur castra movere. Nostri hodie apud *Bigenciacum* (Baugency) erant quibus iterum cogor me adjungere. Princeps ipse hactenus in hostium castris honeste fuit asservatus. Nunc eum putamus ad *Reginam* deducendum. Dignus est omnibus modis, cujus salus sit omnibus Ecclesiis quam maxime commendata. Nam est certe extra nostrarum cunctationum culpam et eximia animi fortitudine omnium spem superavit. Plena erat victoria si Dominus nobis eum servasset. Consultum esset fortassis legationem statim mitti a nostrarum partium Helvetiis qui *Regem* ad eum liberandum, et aequas pacis conditiones ineundas hortarentur. Idem enim et Germanos et Anglos facturos existimo. Sed tamen de nostris copiis adhuc optime spero, quibus si adjungi possint *Angli*, quod ut fiat omnem operam dabimus, spero nos hostibus majori quam unquam antea terrori futuros. Jam intelligis quantis tempestatibus hic jactemur, et satis scio ad vos usque pervenire has procellas, praesertim si vera sunt quae accepimus de *Adressii* [15]) inconstantia. Sed tamen si fieri posset longe mallem istic mori quam hic periclitari, et parum abest quin ut olim ille, supra modum cupiam de hac provincia decedere, ubi tamen manere constitui, quamdiu me non inutilem fore existimabo, neque me, favente Deo, ulla pericula ab officio abducent. Bene Vale, mi observande pater, una cum Dominis collegis, fratribus et amicis omnibus. Idem *Tiguri* praestabis quum scribes. Utinam vos conservet Dominus et Ecclesiam ex his extremis angustiis liberet. *Badius* mense octobri ex peste interiit. *Aureliae* 27 Decembris 1562. Tuus Beza.

10) Herzog von Nevers, Statthalter in der Champagne, deſſen Vater proteſtantiſch geſtorben war.
11) Herzog von Longueville.
12) Der Herzog von Guiſe.
13) Nikolaus Trokmarton. S. über dieſe Flucht Hist. Ecclésiast. II. p. 242.
14) Nogent le Roi an der Eure.
15) Baron des Adrets.

12. Jan. (1563.) **Beza Calvino.** Mss. Genevens.

S. Ne forte interceptae sint literae quas ad te his viginti diebus *ternas dedi*, nactus hunc tabellarium, satis ut opinor idoneum, nolui officio meo deesse. Neque enim dubito quin hoc praesertim tempore langueas mearum literarum desiderio. Mitto igitur iterum aut tertium potius, duplicem rerum nostrarum descriptionem, quarum posterior est aliquanto emendatior ea quam spero te antea accepisse, quoniam non fuit ita facile in tam vario eventu vulneratorum et caesorum nomina statim pro certo rescire. *Angli* ut spero tandem aliquando se commovebunt. *Dieppa* jam ab eis occupata. *Navarrena* fortiter pergit. *Ruppella* recepta est ejus ipsius opera qui eam hosti tradiderat. *Princeps* Dei beneficio valet et animo et corpore, sed arctissima custodia tenetur. *Ferrariensis* de pace agit et spero intra paucos dies fore ut proceres utrinque conveniant. Verum quid sperare possim non video. *Regina* heri *Conestabili* significavit *Adressanum* [1]) cum *Nemorsio* transegisse de *Delphinatu*, atque etiam *Cursolium* captum ad eum adduxisse, quod nobis nondum persuasimus. Cuperem vobiscum esse quibusvis conditionibus, si salva conscientia possem in hoc rerum statu discedere, et si satis tutum iter esset. Sed ut nunc res sunt de perseverantia et quibusvis aliis rebus potius quam de discessu mihi cogitandum puto. Nullam ad te scribendi occasionem praetermittam, sed vereor ne frustra, in tanta itinerum difficultate. Bene Vale, mi pater, et me si unquam aliâs Domino commenda. D. Jesus te incolumem cum tota civitate tueatur et conservet. Amplissimos Dominos itemque collegas, et amicos omnes jubeo plurimum salvere. Aureliae 12 Januarii.

Tuus Beza.

Monsieur de *Sainct Germier* est mort deux jours apres la bataille comme je vous ay escrit. Nous n'oyons nulles nouvelles de Messieurs *de Chandieu* ny *de Rognac*, qui nous faict conclure qu'ils soyent plustost morts qu'aultrement. *Malian* est retourné de prison. Monsieur *de Normandie* je prie Dieu qu'il soyt avec vous.

Il s'est trouvé une grande quantité de vos livres en c'este ville qu'on m'a dict y avoir este laissé par un nommé *Bernardin*. Il y en a beaucoup de gastés et si vous n'eussiez eu icy des amys le reste estoit volé tant il y avoyt mal

1) Baron des Adrets.

pourveu. Encores y perdrez vous mais j'en feray comme pour moy mesmes.

---

12. Febr. 1563. **Hans Krieg an ſeinen Vater.** Mss. Turicens. Coll. Simler.

Aus Notre Dame de Cleri.

Mein fründlicher Gruß ꝛc. ꝛc. Demnach, lieber Vatter mag ich wol gedenken daß dich vielleicht wundern mag über das Schreiben ſo ich dir auf der wahlſtatt gethan was wir weiter fürgenommen haben. Iſt nit minder denn daß ſich die entronnenen Reutter wieder zuſammen gethan u ongefär bey 4000 Deutſch u welſche Pferdt geſammelt u darmit auf Orleans geruckt. Als ſie nun dar kommen haben ſie die von Orleans nit wöllen einlaſſen. Als wir ſollichs vernommen ſind wir ab der wahlſtatt ihnen nachgezogen, wie ſie nun unſer innen worden u vernommen daß wir mit Feldgſchütz u Volk viel ſtärker ſind gſyn denn ſie, haben ſie ein Mauerbrecherin, ſo ſie nit mochten aus dem Land bringen dahinten gelaſſen, welche man ſamt anderen gewonnen u zerbrochen Gſchütz gen Paris geſchickt hat.

Als wir nun auf 4 Meil wegs gen Orleans kommen haben ſie ſich gen Bogancy gethan und über ein Waſſer [1]) gekommen auch die Bruck hinter Inen abgeworfen, als wir aber nahen kommen haben wir denſelben Paß wider aufgethan u. liegen allda zu beiden Seiten an dem Waſſer wohl eingeſchanzt. Ich acht auch wir werden etlich Zeit da bleiben bis mer Hülff kommt. Der Künig bſchikt 4000 ſchwartze Reutter, denn unſere Frantzöſiſche Reuter mögen den Geſchmack des Büchſen Pulvers nit wol erleiden.

Als ſie nun auf den helgen Lichtmäßtag aus ihrem Lager aufgebrochen u gegen uns geruckt, hat man ſich bald bei unſerem Geſchütz in die Schlachtordnung geſtellt u alſo des Fynds gewartet. Wie ſie ſollichs vernommen ſind ſie ſtraks fürgezogen u rucken gegen den Engliſchen in Normandie. Als ſie nun auf 6 Tag Reyſen von Orleans komen ſind haben wir aufbrochen auf den 5 Tag Februarii u über das Waſſer haben Orleans belägert u die Vorſtadt darin 4 Fahnli Landsknecht gelegen erobert u auf die 50 Man zu beyden Seiten umkommen u liegen alſo in der Bruck u ſchißen grauſam zuſammen denn die Stadt gar feſt iſt aber ſie hand nit viel Volks darin denn ſie ihr beſtes

1) Die Loire.

Kriegsvolk mit den ſchwartzen Reuttern geſchickt hand. Sie dräuen uns mächtig es werde ihnen ein groſze Entſchüttung kommen und ſtarkt ſich ihr Volk mächtig, wie man ſagt.

Auf ſolichs iſt die Sag heiter [2]) der Konig wolle noch ein Aufbruchen in der Eidsgenoſſenſchaft thun und hat uns auch ernſtlich befolhen daſz wir Leuth ausſchicken u unſere Fähnli wiederum erfüllen damit wir dem Feind widerſtahn mögen. Dieweil nun leider der mertheil meiner Kriegsleut umkommen u ſonſt geſtorben ſind hab ich kein beſſeren zu ſolchen Sachen abgefertigt weder Antoni Heidegger bitte doch du wölleſt meinem Bruder Balthaſar erlauben gen Mellingen oder Belliken damit er dem Anthoni hülflich ſeye bis er die Zahl der Knechten annihmt damit ich, wie ander erlich Houbtleuth, in des Königs Dienſt beſtahn möge. Datum ꝛc. ꝛc.

---

29. März 1563. **Beza Calvino.** Mss. Turicens.

S. Tota cis *Sequanam Normandia* paucis diebus subacta, *Britannis, Pictonibus, Cenomannis, Turonibus* et vicinis regionibus ad deditionem potius quam ad resistendum comparatis, maximis sociorum copiis jam ad iter accinctis, nobis denique cum fortissimo et maximo equitatu, et quantum nunquam antea habuimus, ad Urbem liberandam properantibus, hostibus vero et duce et caeteris paene rebus destitutis, inventi sunt qui *(absentibus et inconsultis nobis)* pacis leges et scriberent et sancirent, de quibus quid mihi videatur malo praesens tecum in utramque partem disserere, quam absens per literas statuere. Eram ergo statim, atque adeo praeterita ipsa urbe, vel cum certo periculo iter ad vos ingressurus, nisi me hucusque retinuissent fratrum preces, quibus aliquot dies concessi, dum eduntur Urbium nomina, et quoad ejus fieri potest, nonnullae conditiones temperantur. Ut adeo nos in praesenti Ecclesias circiter quingentas habituros: i. e. multo plures quam nunc ministros superstites habeamus. Cetera cum tempore Dominus dabit, et sicut coepit sua unius manu procul dubio conficiet. *Cras iter ingrediar Burgundiam versus ut in itinere cum coheredibus meis de patrimonio, si fieri potest, transigam.* Si audiero Uxorem ad vos reversam, qua de re ex *Normannia* per *Antwerpienses* ad eam scripsi, recta inde ad vos advolabo.

---

2) klar, offenbar, allgemein (bekannt).

Sin minus per fines Comitatus, *Argentinam* contendam,[1]) ut primo quoque tempore Te, mi Pater, complectar et vere reviviscam. *Scio me unum omnibus modis peti*, sed in Domino confido, qui me millies jam servavit, et, ut spero, brevi, invitis omnibus sui nominis hostibus, istic restituet. Omnia igitur in beatum illum diem rejicio quo te et fratres omnes, favente Deo, aspiciam. Mi pater, vide ut me pergas Domino commendare et vale. Dominus noster te servet et sanctis tuis laboribus aeternum benedicat.

Aureliae XXIX Martii 1563.

Tuus Beza.

Mitto ad te nonnulla quae fortassis nondum legisti. Il y a deux jours que *Desmoulins* et la *lieutenante de Blois*, ayans esté trouvez en adultère ont este pendus et estranglés.

---

12. Maji 1563.

Eximiis Christi servis fratribus ac symmystis plurimum observandis *Tigurinae Ecclesiae* Pastoribus et Doctoribus.

Mss. Turicens.

S. Mihi toties et tam multis modis in *Gallia* periclitanti, Patres et fratres in Domino plurimum observandi, nihil optatius fuisset quam vestris tum consiliis juvari tum etiam exhortationibus recreari. Sed viis omnibus a latronibus obsessis, vix ac ne vix quidem semel atque iterum huc scribere, a vobis autem ne apicem quidem accipere *totis octo mensibus potui, adeo ut nuper Argentinae primum de praestantissimi et omnibus modis optimi* nostri *Martyris* obitu audierim, quod vulnus, etsi mihi commune est cum tota Dei Ecclesia, mihi tamen etiam privatim gravissimum fuit in recenti suavissimae et utilissimae ipsius consuetudinis memoria, quam ego sane perpetuam, sicut debeo, conservabo. Ergo ut ad rem redeam, non dubito quin meum tam diuturnum silentium boni consulatis. Nunc vero domum i. e. in hujus Ecclesiae portum, singulari Dei beneficio reversus, unde tandem faciam dicendi initium? Ista nempe non tam literas quam integrum volumen requirunt; atque utinam aliquis a Domino excitetur, qui totam hanc

---

1) Er gieng über Straßburg nach Genf zurück. S. den folgenden Brief.

historiam, qua certum est nullam unquam magis memorabilem extitisse, satis vere et diligenter possit nostrae huic aetati atque etiam posteris explicare. Paucissimis interea complectar, quae nostrum illud praelium sunt consecuta, in iis quidem locis in quibus sum versatus. Nam alioqui nulla est Galliae regio, quae peculiaris historiae argumentum non possit suppeditare.

Paullo post praelium cujus et quae forma et quis exitus fuerit abunde jam cognovistis, Noster exercitus, *Amiraldo* duce, trajecto infra *Aureliam* Ligeris fluvio *Siligoniam*, [1]) quam vocant, provinciam invasit et aliquot expugnatis oppidis, totam fere *Biturigas* usque in ipsis hostium oculis subegit. *Guisianus* aliquot post diebus lento admodum itinere progressus, Rege ac Regina *Blaesos* et *Ambosiam* praemissis et *Principe nostro Condensi* tuto loco inter utramque illam urbem collocato, [2]) eam ipsam urbem qua paulo ante trajeceramus, quam *Balgentiacum* [3]) vocant, septem infra *Aureliam* milliaribus, nullo negotio occupavit, ut liberum utrinque ad *Aureliam* obsidendam, vel ad nos insequendos aditum haberet. *Amiraldus* ubi hoc videt, recreato exercitu, aliam et ipse urbem, *Gerguellum*, [4]) quinque supra *Aureliam* milliaribus, cum ponte insedit, ut tum urbi, si forte obsideretur, succurreret, tum etiam hosti, qua libuisset parte, occurreret. Ita praeteriere dies aliquot, qui in *Aurelia* munienda sunt consumpti, nostris proelium minime detrectantibus, *Guisio* vero aliud quidvis potius meditante, nempe quibus artibus germanum equitem, cui trium mensium stipendium debebatur, a nobis abduceret, et urbem proditione potius quam aperta vi occuparet. Tandem igitur *Amiraldus* relicto in Urbe omni peditatu, qui quatuor circiter millibus constabat, et *Andeloto* fratre una cum aliquot nobilium Gallorum equitum turmis Urbi praefecto, recta *Normanniam* versus, cum reliquis copiis, i. e. equitum instructissimorum millibus quatuor et amplius per *Baeotiae* [5]) campos cõntendit, pecuniam videlicet et novum militem ab *Anglis* accepturus. *Iter nobis tutum* et pacatum fuit, nemine tantis copiis obsistere auso. Sed neque adhuc in *portum Graciensem* [6]) allata erat pecunia, neque novus ullus ex *Anglia* miles trajecerat. Erant

1) Die Landſchaft Sologne bei Orleans auf dem linken Ufer der Loire.
2) In das Schloß Onzain bei Amboiſe.
3) Beaugency.
4) Jargeau.
5) la Beauce.
6) Havre-de-Grace.

praeterea venti adversissimi, quae res in extremum discrimen res nostras adducebat, quum peregrinus miles stipendium minabundus flagitaret, et propterea Urbi, quam *Guisius* interea gravissime premebat, a nobis succurri nulla ratione posset. Sed et intra ipsa *Normanniae* viscera versabatur cum exercitu non contemnendo *Ringravius*, *Sequana* inter ipsius et nostras copias interjecta, et unus ex *Guisii* fratribus, quem *Marchionem* [7]) vocant recens in arcem *Cadomensem*, [8]) longe munitissimam et nobis proximam erat ingressus, ut omnia nostra consilia impediret. Ecce vero dum in istis summis difficultatibus versamur, et ex altera *Sequanae* parte, cujus ostia nos a *Graciensi portu* intercludebant, secundos ex *Anglia* ventos expectamus, fratres qui *Cadomi* mirabiliter ad eum usque diem fuerant a Deo conservati, *Amiraldum* rogant, ut sibi adversus *Marchionem* opem ferat, simulque monent, arcem non difficulter capi posse, munitam quidem illam, sed quae ab imbelli Duce et paucis militibus obtineretur. Itaque acceptis ex *Graciensi portu* quinque peditum *Anglorum* cohortibus, et militibus aliquot praeterea ex *Diepa*, qui alter remotior portus ante mensem a nostris receptus fuerat, ad nostros una cum Duce fortissimo *Mongommerio* accurrentibus, recta *Cadomum* cum octo crassis tormentis contendimus. Urbs statim a fratribus traditur, quassantur arcis moenia, adeo ut altero post oppugnationem die, contra omnium expectationem, ultro se nobis dederet. Qui intus fuerant cum armis quidem dimissi, sed postea spoliati a nostris equitibus et pessime sunt habiti, quibus *Rotomagensis* clades adhuc ob oculos erat. Ea porro victoria sic fregit hostium animos, accepto etiam de *Guisii* caede nuntio, ut intra decem dies non modo tredecim celebres urbes, in quibus sunt quatuor Episcopales sedes, receperimus, sed etiam *Cenomani*, *Andegavi*, *Pictones*, *Turones* et vicini omnes populi, prorsus in nostra potestate fore viderentur. Dum haec in *Normannia* geruntur *Aureliae Guisius* suburbium, quod Ligeris ab urbe separat, una cum pontis castello, [9]) partim praesidiariorum militum ignavia, partim proditione capit. Cives ex adverso aliquot pontis fornicibus repente dirutis, et excitatis aggeribus, munitaque insula quae pontem medium dividebat, oppugnationem fortiter sustinebant tantisper dum victor noster exercitus superveniret, quum ecce Deus alterum

---

7) Marquis d'Elbeuf.

8) Die Schloßveſte von Caen.

9) Ein mit Thürmen und Fallbrücke verſehener Brückenkopf «Le Portereau».

Aod [10]) nobis excitavit, qui interfecto *Guisio* non tam urbem illam, quam totam *Galliam* liberaret. Ab eo tempore, dum nos, persoluto tandem militibus nostris stipendio, ad opem obsessis ferendam accurrimus, de pace agi coeptum. *Condensis* primum et *Conestabilis* in insula,[11]) data utrinque suis custodibus fide, ex Reginae voluntate convenerunt. Postridie ille in Urbem ad nostros, iste ad *Reginam* trans *Ligerim*, capiendi consilii caussa transiit, et ita tandem, sublato illo, quo superstite firma pax nullo modo constitui potuerat, pacis conditiones scriptae, quarum exemplum jam vobis redditum esse arbitramur. Supervenit *Amiraldus*, quum jam transactum esset, adeo properarant hostes reditum nostrum antevertere, ac initio quidem duriores nobis istae conditiones videbantur, quum praesertim integram in manibus victoriam haberemus, sed tandem spe nobis meliore facta, ne patriae eversionem quaesivisse videremur, nos quoque acquievimus. Paullo post *Hispanorum* reliquiae secundo fluvio sunt in *Hispaniam* remissae, et uterque exercitus paullatim dilapsus. Retenti tamen postea *Helvetii* itemque ex nostra parte germani equites, ad eorum terrorem qui pacis conditiones accipere recusarent. Nunc ergo *Proceres* in eo sunt ut omnibus tumultibus sopitis pax obtineat. *Parisienses*, quamvis in pace excepti, et alii multi eorum exemplum sequuti, pertinacissime se Christo opponunt. Ego vero futurum spero, ut brevi suae pervicaciae poenas luant, et, invitis illis, Regnum Christi obtineat. Nam toto hoc bello animadversa est singularis erga nos Dei benignitas, et hostium Ducibus omnibus, qui alicujus auctoritatis erant vel trucidatis, vel eo redactis, ut magnopere nobis non sint metuendi, et ipso *Condensi Principe* cum praecipuis nostrarum partium ad Regni gubernacula sedente, nihil nisi optimum sperare possum, nisi forte peccatorum nostrorum magnitudo misericordiae divinae cursum impediat. Ea enim est nostri Regis atque etiam ipsius fratrum indoles, quae certa et magna pietatis incrementa piis omnibus non debeat non polliceri. Faxit Deus Optimus Maximus, ut ipsius Evangelio conjuncti omnes ipsius gloriae in sanctitate et justicia serviamus. Ego interea, fratres, quum ab hac Ecclesia non essem alia conditione dimissus, quam ut, quam primum fieri posset, ad se redirem, libens ad meam stationem sum reversus, in qua permanere constitui quamdiu Domino videbitur. Caeterum de tyrannicida quid

10) In unſerer lutheriſchen Ueberſetzung: «Ehud» und zwar richtiger S. Richter III, 15 u. folg.

11) Auf der ſogenannten «Ochſeninſel» in der Loire nahe bei Orleans.

fuerit postea constitutum vos audivisse existimo. Initio quidem Dominum *Admiraldum* cum aliquot aliis ac me etiam nominatim inter conscios appellavit. Respondimus quod res erat, et ille ipse nos postea coram judicibus abunde purgavit. Traditus est postea Parisiensi Senatui, i. e. saevissimis hostibus, non tam judicandus quam omni crudelitatis genere excarnificandus. Itaque paulo post supra ipsum paene *Guisii* Cadaver, primo candente ferro per singulas corporis partes laceratus, deinde amputata dextra, a quatuor equis fuit discerptus, neque hac inaudita saevitia contentum vulgus in discerpti corporis partes saevire prius non destitit, quam nihil prorsus ex eo superesset. Ipse non minus fortis in his omnibus cruciatibus, quam in ipso patrando facinore fuisse dicitur ac diserte etiam Christi inimicis ultimum exitium propinquum moriens praedixisse. Haec sunt miranda et occulta Dei judicia, cui sit laus et gloria in sempiternum. Habetis, fratres, brevem et inconditam multarum rerum historiam, qualem videlicet, festinante tabellario, qui praeter expectationem occurrit, repente et ex tempore scribere licuit. Rogo ut omnia in bonam partem accipiatis, et me, quemadmodum assidue vos fecisse re ipsa sum expertus, ita etiam porro deinceps Domino commendetis, ut miserum me respiciat, et laboribus nostris benedicat. Ego illum vicissim precor, Patres et fratres plurimum colendi, ut vos incolumes tueatur, et Regnum suum vestra industria ac diligentia quam longissime propaget, ad nominis sui gloriam et vestram consolationem. Valete. Genevae XII Maji 1563.

Vester ex animo.
Theod. Beza.